




Ph

231











2  
NIC. HIERON. GVDNLINGII

L. V. D. ET P. P. IN ACADEMIA  
FRIDERIGIANA HALLENSI

SCHEDIASMA

De

IVRE  
OPPIGNORATI  
TERRITORII

SECUNDVM IVS GENTIUM,  
ET TEVTONICVM &c.



Kt 664  
2. Ex.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE 1706.  
PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA  
RENGERIANA.

NIC. HERON. GYNDLINOII  
L. V. D. P. P. M. ACADEMII  
TE. GERMANIAE HALLENSIS  
SCHEDIASMA  
DE  
IVRE  
OPPIGIIORATI  
TERRITORII  
SITUM IN IV. QVI. IV. M.  
ET TERRIT. M. A.



HALLENSIS ACADEMIAE  
OPPIGIIORATI TERRITORII  
RECTORIA





## CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

§. 1. 2. Securitatis gratia constituuntur pignora §. 3. 4. Comparatio pignorum & fideiussorum, §. 5. Vnde pignus? §. 6. Definitio pignoris, §. 7. Pignus constituunt domini, §. 8. Domini natura in alienatione consistit, §. 9. 10. Quod explicatur, §. 11. An Imperia alienari & oppignorari possint, §. 12. 13. 14. Grotii doctrina de regnopatrimoniali & usufructuario explicatur, §. 15. 16. Horatii obiectiones solvuntur, & Grotius defenditur, §. 17. Hotromannus refutatur, §. 18. Patrimonialia regna licite quovis casu alienantur, §. 19. Aliud in usufructuariis, §. 20. In iis domania distinguenda a rebus principi propriis, §. 21. 22. In usufructuariis quando alienatio procedat? §. 23. De casu necessitatis disleritur, §. 24. 25. 26. 27. Quod illustratur exemplis e Gallia, §. 28. Auberius refutatur, §. 29. Schombergii exceptio, quod metus causa, eliditur, §. 30. Limitantur dicta, §. 31. - - - 34. In Aristocraticis quis alienet, & pignoret, §. 35. - - 40. In Democraticis quis, §. 41. Rotundius proponuntur dicta, §. 42. Applicatio in regnis quandoque difficilis, §. 43. Couringii & Strauchii de regno Germanico lites, §. 44. Quid obtinuerit Carolingorum Imperatorum & Saxonum temporibus, §. 45. Quid Sueuorum, §. 46. De responsionibus Strauchii usque ad Carolum V. putantis alienationes licitas, §. 47. De opinione Itreri, §. 48. Retellitur Strauchius, §. 49. 50. Quid iuris si pars alienanda dissentiat? Grotii opinio expenditur, §. 51. 52. Gronovii responsio probatur, §. 53. Pufendorffii distinctio inter alienationem & derelictionem reiicitur, §. 54. 55. Iudicium detranslatione Belgii a Philippo II. facta, §. 56. Populi alienandi consensus extra necessitatis casum requiritur, §. 57. De cessione Burgundiae, & pacificatione Brengniensi, §. 58. An Grotii auctoritas Gallis patrocinetur, §. 59. Principum licentia restricta, §. 60. Pignus cur inter gentes maxime obtineat? §. 61. Iure

Iure Iustiniano an in pignore dominium translatum. §. 62. De fiducia. §. 63. Quid fiduciarium. §. 64. Explicatur contractus fiducia. §. 65. An in fiducia mancipatio & remanipatio locum habuerit. §. 66. Quid mancipatio, quid in iure cello. §. 67. An in fiducia translatum dominium. §. 68. Fiducia distincta a lege commissoria. §. 69. Distincta ab emtione venditione cum pacto retrovendendi. §. 70. Distincta ab antichresi. §. 71. Distincta ab illa specie, quae est l. 16. §. vii. ff. de pignor. §. 72. Distincta a casu l. 1. C. de pact. pign. §. 73. An fiducia a Constantino abrogata. §. 74. 75. An a Iustiniano? fiduciae vestigia in Germanicis gentibus. §. 76. - - 79. Obiectiones Schilteri, pignus commune cum pacto dominii translatio fugientis. §. 80. Responderet eius obiectionibus, & ostenditur in pignore Germanico fuisse dominium translatum. §. 81. Quod ab iniquitate liberatur. 82. *Hand muß Hand wahren* ex veteri iure Saxonico. §. 83. Cur penes creditorem pignoratitium periculum omne. Imaginaria iniquitas Doctorum. §. 84. 85. Etiam in immobilibus pignoris translatum dominium. §. 86. Quod e diplomate Ludouici & Caroli IV, demonstratur. §. 87. Ex oppignoracione Stratae montanae. §. 88. E pignoribus Gunthero Schvvarzenburgico concessis. §. 89. E feudis pignoratitiis. §. 90. Exemplis aliis. §. 91. Ex foderere Atrebatensi inter Carolum VII. & Philippum Bonum. §. 92. Ioannis Arragonii & Ludouici XI. §. 93. Contractu Guilielmi Raimundi Comitis Ceritanie. §. 94. Quis in allegatis formulis contractus. An retrovenditionis &c. §. 95. Cur in pignore Germanico & aliarum gentium creditor fructus lucratur. §. 96. Genus huius contractus fiducia cum pacto adiecto. §. 97. Pignora & contractus retrovenditionis in ipsis diplomatibus distinguuntur. §. 98. In oppignoracionibus feudorum Imperatoris consensus necessarius. §. 99. Lucrum fructuum ex pacto. §. 100. An transeat in pignore superioritas territorialis. §. 101. An etiam oppignorato unico castro. An territorio pignori dato ciuitate excepta exceptum sit suburbium. §. 102. An ad creditorem appellatio dirigenda. §. 103. An idem ius patronatus habeat, ius reformandi. §. 104. An impensas reperat. §. 105. Cui alluuii cedat. §. 106. Cui thesaurus. §. 107. Hodie an eiusmodi pignora possint constitui.



S. I.



Si ea esset mortalium conditio ac natura, ut pactis suis starent, atque promissis, nec fideiussoribus opus foret, nec pignori- bus, nec alia cautione aut vinculo, quo constringi eos hodie videmus, qui paci- scuntur, aut contrahunt. Sed cum mille sint hominum fraudes, infiniti in animis eorum recessus, is sane valde sim- plex credulusque foret dicendus, qui res suas ita vellet pro- fundere, nec sponforibus, nec vadibus, nec pignori- bus in se- curitatem crediti acceptis (\*).

(\*) Illustrationis causa adiciam *Marrialis* Epigramma:  
*Cum rogo te nummos sine pignore: Non habeo, inquis,*  
*Idem si pro me spondet agellus, habes.*  
*Quod mihi non credis veteri Thelesine sodali,*  
*Credis colliculis, arboribusque meis.*

S. II. Frequentissimum itaque est, ut creditori in secu- ritate debiti tradatur, aut adsignetur quæpiam res pignoris vel hypothecæ nomine, quousq; istud fuerit exsolutum. Quod in fideiussoribus facit & operatur consensus, ut teneantur pro debitore, & recte conveniantur suo ordine, & sic creditores secu- ri sint; id sine consensu alienæ obligationis suscipiendæ facit rei pignori obligatæ possessio aut ius quoddam in re, opera, aut homi-

A

hominis factio in me deriuatum; cuius finis est, (\*) vt non solum debitor vrgeatur ad exsoluendum debitum desiderio possessionis rei suæ recuperandæ, aut omni vinculo vacuam habendi, sed & vbi debitum non exsoluitur habeat, vnde suum nanciscatur creditor, vtque dum pignori incumbit, molestia per actionem debitum extorquendi queat superfedere.

(\*) Pufend. de I. N. G. Lib. V. cap. X. §. 13.

§. III. Et certe si fideiussoris obligatio ad hunc locum pertinet, in quo quærimus, quid præstet creditorem securum; pertinet omnino & obligatio pignoris, genus accessionis & cautionis adeo fideiussoribus simile, & interdum etiam pinguius, vt satis commode, cum de cautione & securitate creditorum quæritur, istud non possit omitti, aut separari.

§. IV. Accipiuntur fideiussores, qui pro alio obligantur, accipiuntur & pignora. Est enim pignus res pro debito obligata (\*); itaque vt fideiussor principalis obligationis accessio est, sic & pignus. Accipiuntur fideiussores, vt diligentius creditori cautum sit. Eadem & in pignoribus cautio requiritur. Vnde & numerantur genera hæc cautionum duo præcipua, quibus recte caueatur creditoribus, fideiussores, & pignora. Nobis im præsentiarum maxime de pignoribus gentium sermo erit; indeque quærendi occasio nascetur: Quid sit pignus; an possit à Principibus constitui; an constitui in territorio; quid constitutum contineat; in constituto, quæ sit cautio, quod ius creditoris, quidue ex illo iure sequatur.

(\*) Hanc comparisonem instituit Hugo Donellus Comment. de Iur. Ciuil. lib. XV. cap. 50.

§. V. Pignus itaque siue a πῆγω Græco, siue a pugno, quæ est ICti deriuatio, descendat, nos parum moratur; Certent

tent de Etymologiis, qui possunt & volunt, nobis magis necessaria occurrunt; Potest tamen defendi *Caius*, cum & Græcis eadem caussa ἐνέχυρον vsurpetur, quasi manualis hypotheca. (\*)

(\*) Adhibebatur etiam pignoris vox olim de rebus mobilibus tantum, quæ apprehenduntur, & de manu in manum transeunt, quo respicit forte l. 238. de V. S.

§. VI. Nobis definire placet pignus, quod sit rei suæ traditio a debitore facta creditori, ad fidem seu securitatem debiti huic faciendam. Quo ipso ab hypotheca facile discernitur. Nam vrut inter pignus & hypothecam si nominis originem spectes, & etiam si ius civile consulas, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intersit. Est tamen in aliis hodie differentia. Pignoris appellatione ea proprie res contineri dicitur, quæ simul etiam traditur creditori, siue mobilis sit, siue immobilis. At ea quæ sine traditione nuda conventionione tenetur, proprie hypothecæ appellatione contineri notum est. (\*)

(\*) Ex §. 7. Inst. de Act.

§. VII. Personæ quæ pignus constituunt sunt rerum domini, siue priuatorum in ordine sint; siue in excelsio positi Imperantium vices sustineant. Domini autem requiruntur, quia in pignore aut alienatio est, aut ad alienationem facile devenitur. Vnde naturam dominii ante omnia cognosci oportet, si de oppignoratione firmum ferri iudicium debeat.

§. IIX. Illius autem certitudo ex eo maxime colligitur, vt illud aut totum aut ex parte possit transferri: eaque causa est, quod quibusdam proprietatis per alienandi potestatem fuerit definita. (\*)

(\*) Citat *Grotius* lib. II. de I. B. P. cap. VI. §. 1. hæc *Aristotelis* verba: ἡ ἐπιπέδου ὁμοίειν εἶναι, ὅταν ἐφ' αὐτῶν ἢ ἀπαλλοτριώσασαι. Proprietatis definitio est, ubi penes nos est ius alienandi.

§. IX. Postquam enim a rerum communione recessum introductis rerum dominis, & certa sua cuique assignata possessio, quisque manet rei suæ, cuius proprietatem iusto adquisiuit titulo, arbiter & moderator, ceteris omni facultate ad illam occupandam, auferendam, aut metuendum, quamdiu retinendi animum me non exuisse constat, aut etiam si alienare constitutum est, me impediendum, adempta. Quod si enim quis mihi esse posset obstaculo; haberet vel iuris aliquid in personam, vel in rem. Atqui de libero arbitro & moderatore; & proinde de eo, qui sui iuris est, nobis sermo est, seruo, filiofamilias, pupillo, minore, turioso, prodigo, iisque personis omnibus hic exclusis, quibus lege, vel pacto quædam iniicitur remora. Si vero in rem alteri iuris quidpiam competit, non plenum apud alterum dominium reperitur; non excludendi omnimoda potestas, quam supponendam esse nemo non videt.

§. X. Ad quod probandum euincendumque nec Antonii de Amatis, nec Deciani, nec Mynsingeri auctoritatibus opus est; Naturalia hæc sunt, rationi obuia, & clara adeo connexionem inter se habentia, ut tam absortum foret citare leges atque Doctores, quam linguam necessarium esse loquendi instrumentum ex Aristotele aut Galeno probare.

§. XI. Potius inquirendum est, quis in Republica habeatur pro domino pleno, siue ea vnius, siue potiorum, siue plurium imperio regatur. Sicut enim res aliæ, ita etiam imperia alienari possunt, cuius in dominio vere sunt.

§. XII. Mihi semper non displicuit *Grotii* doctrina, qua Principatus & Regna quæ Reges in patrimonio habent, ab illis, quæ usufructuario iure possident, solite distinguit. (\*) Quemadmodum enim quarundam rerum proprietatem iure pleno, aliarum tantum usufructum habemus; ita & modus habendi imperii vel plenus est, vel magis aut minus dimi-



diminutus. In patrimonio autem illud dicitur, non tam quod a parentibus in se derivatum aliquis obtinet; quam quod quocumque modo partum pleno dominio possidet.

(\*) Lib. I. de I. B. & P. cap. III. §. 12.

§. XIII. Nam licet dominium proprie in rebus intelligatur; istæque præcipue in patrimonio domini esse dicantur, qui pro lubitu illis & uti & abuti potest: tamen iisdem potest accenseri cepti sunt serui, quippe quos adeo domini ad se pertinere adseruerunt, ut isti non tam sibi, quam domini salui esse, aut perire intelligerentur: Circa reliquas personas vxores e. g. & liberos idem affirmare non aui, ut pote quod ius regendi eos ad eorum quoque salutem spectaret.

§. XIV. Tandem vero, inquit Puffendorffius, (\*) cum ambitio regnantium inter præcipua bona imperium in homines ducere cepisset, opibusque subiectorum mulcendis cupidinibus malè abuti instituisent, ista quoque regna in patrimonio numerata sunt, circa quæ pro lubitu alienanda Imperantes disponendi facultatem acceperant, quod in hoc summa domini vis posita intelligebatur. Reliqui autem Reges, quibus tanta in regnum suum facultas non concessa idem velut personalem aliquam possessionem & iure quasi usufructuario obtineret dicit fuerunt. Quæ quidem vera istius denominationis origo est; sed an sine periculo adhiberi possit, non pauci dubitarunt ac disquisuerunt.

(\*) Lib. VII. de I. N. & G. cap. VI. §. 16.

§. XV. Ioannes Fridericus Hornius (\*) rem plenam discriminis esse credidit, atque nullo modo huic materiæ conuenire contendit, ut ad sensum iuris civilis explicetur. *Diversissima enim ait, sunt proprietates in domino privato, & maiestas Principis.* At vero salua res est. Nam licet fatendum sit, maiestatem Principis & dominium inter se differre, non video tamen,

tamen, quid impediatur, quo minus convenire possint in vno tertio. Si iure gentium quæ capiuntur in bello capientis fiunt, & in dominium redigi possunt serui, ita vt vendi, donari, vel alio quocumque modo alienari possint, quamobrem quæso, non eodem modo imperium in populum posset adquiri iure belli subactum, vel sponte sese maioris mali vitandi causa dedentem? quamobrem non abdicare illud, non transferre in alium sicut cetera bona aliquis valeret? Quod si instet, *Hornius*, esse hoc maiestati Principis contrarium, considerare cum vt usufructuarium: vacillaturum hac ratione Principis solium: populo libertatem fore carpenti actiones Imperantis, quod intra modum non stecisset usufructus, facile repono, nec hic simile extendendum esse vltra suum tertium, nos comparare Principem cum usufructuario ratione alienationis, potestatis, dispositionis, arbitrii transferendi imperium, quoquo velit modo (\*\*). Hanc enim facultatem nemini videri concessam, nisi expresse hæc delationi conditio fuerit adiecta. Simplex quippe imperii delatio nihil aliud videtur inuolueret, quam vt administraretur & gubernetur res publica, & provideatur, ne quid illa detrimenti capiat, in ceteris vero relinquatur, vt fuit data & accepta.

(\*) Lib. II. de Ciuit cap. 10. *Hornius* propterea tam strenue se huic opponit distinctioni, ne eius Maiestas, quam immediate Principibus infundi credit, aliquid detrimenti pateretur.

(\*\*) Ergo quasi usufructuarium non vere usufructuarium tale imperium, quod patrimoniali opponitur, dici debet; inque hoc potissimum usufructum imitatur, quod nihil iuris vltra vitæ terminos producit, nec alienationem inter viuos atque mortuos regulariter permittit. vid. *Hub. de Iure Ciuit. Sect. III. cap. 2. n. 26. 27.*

§. XVI. Qui aliter explicaret *Grotium*, eius sane verba cauillaretur, & præter Viri sagacissimi intentionem, aliquid comminisceretur, de quo ne per somnium quidem cogitauit.

uit. Non repugnabimus tamen, vt ad omnes scopulos vitandos aliquis non patrimoniale appeller, quod Grotius vsu-fructuarium sensu non impertinenti vocauit.

§. XVII. Nunc an detur patrimoniale Regnum videndum. Quis enim inquit, tam esset insanus (\*); tam ab omni ratione alienus; vt tantum in se Regi concedere vellet potestatis, alienandi ipsum pro lubitu, transferendi in alium, donandi, legandi? maxime cum hic ligatur dominus, non alius, & huius potissimum industria expetatur non alterius? Sed facile hic etiam nodus soluitur. Quamquam enim in regnis, quæ populi liberrima voluntate deferuntur, id non facile præsumendum sit, sæpe tamen contingere potest, vt modo alio consensus eliciatur, nec penes populum steter, præscribere Regi conditiones sibi fauorabiles. Sic qui iustam contra populum bellandi causam habuit, & Martis alea tentata Victor euasit, vix sibi præscribi patietur leges, secundum quas subiugati sint regendi. Beneficium Victoris erit, quamcumque illis viuendi conditionem reliquisse, qui iure belli vitam, libertatem & omnia bona amiserunt. Impudent sibi, quod in hunc statum fuerint derussi iniquum bellum suscipientes, & stultitiæ suæ pœnas hac ratione luentes. Quod si nimis graue id oneris videatur, moriantur, licet, pereant, resistent, vitamque ponant cum gemitu. Eius enim crudelitatem accusare non possunt, qui libertate personali & dominio priuato denicis relicto non nisi imperium in ipsos pleno iure & modo irreuocabili sibi suisque vindicauit. Deinde fingamus catum, gentem eo esse redactam, vt vel fame sibi pereundum sit, vel alterius iugum intolerabilis subeundum, an non poterit Princeps vicinus vitam subsidia concedens, aut in necessitate illa summa auxilia ferrens, acceptare conditionem, vt in posterum sibi Regnum pro lubitu in quemcumque transcribere, & modum succeden-

dendi pro arbitrio suo constituere liceret? Ego sane iniustitiæ hic nihil deprehendo, multo minus aliquid inconuenientiæ: maxime cum non ipsi homines alienentur, sed ius perpetuum regendi populum, qua populus sunt, eoque modo, quo alienantis imperium approbarunt. (\*\*)

(\*) Est hoc præcipuum *Hotomanni* in *Questionibus illustribus* contra quem *Grotius* disputat argumentum: De quo tenes, eum cum ad *Monarchomachos* inclinet, omnem mouisse lapidem, ne quid absolute, ne dicam patrimonialis potestatis Principibus concederet. Reges ei tutores, eurratores, nudique administratores sunt.

(\*\*) Sophistima videtur: Maiestas alienari non potest, nec eius iura. Intelligendum enim hoc est de Rege & summa potestate, qua talis manet. Quoties alienatur populus, toties Rex non manet amplius illius populi Rex; sed alius summum ius summamque potestatem accipit &c.

§. XVIII. Ergo nullum dubium est, quin talis qui imperium in patrimonio suo habet, nullius consensu requisito possit se abdicare iure suo, id concedere aliis, transferre gentem, quam rexit, in alios, oppignorare illam, legare, testamentò relinquere, nulla iniustitiæ specie hinc emergente, & multo magis quædam imperii sui bona alienare, nullo domanialium, vti loquuntur, & patrimonialium rerum discrimine occurrente &c. Quæ omnia in Principatu, qui iure usus fructus possidetur secus se habent.

§. XIX. Hic enim circa alienationem regni ac eius partium manus Principi ligatæ sunt. Hic patrimoniam populi, hic bona publica sunt, quæ ad ipsam ciuitatem pertinent, nec tam Regis quam Regni censentur. Fructus autem eorum destinati ad sustentanda reipublicæ aut Regiæ dignitatis onera sunt, de iisque pro lubitu disponit Princeps, & si quid inde comparatum sit, priuato eius ad crescit patrimonio, nisi leges Regni aliter disponentes, & hic ei nudam duntaxat administrationem reliquerint. Et sane lex ea est genera-

neralis & communis fere plerorumque Regnorum ac Principatum cum ipsis nata, subditorumque ea perpetuo mens censeretur, vt res publica defensorem & parentem habeat, non qui alienet. (\*) Eiusmodi res dicuntur res domanii, dominicæ, Francico vocabulo, Demains, de manu hoc est, potestate ac arbitrio ac dispositione Principis, exclusis ordinibus, restricta tamen ne alienandi potestatem contineat, quæ Cl. Schilteri(\*\*) obseruatio est.

(\*) Quod tamen vt infra limitandum erit, quamdiu nimirum defendi potest, neque extrema necessitas aliud suadeat.

(\*\*) Inst. Iur. P. Lib. II. tit. I. §. II.

§. XX. A quibus tamen res Principis propriæ omnino differunt, quas res priuatas appellabant Romani; priuatum ærarium, priuatas largitiones, res Cæsaris; quasque perpetuo a Regni Domanio nouimus distinctas. Præclarum de Childerico Francorum vltimo e Merouingis Rege testimonium est apud Eginhartum: *Cum præter inutile Regis nomen, & præcarium vite stipendium, quod ei Præfectus aule, prout videbatur, exhibebat, nihil proprii possideret, quam vnã & eam perparui redditus villam, in qua domum, ex qua famulos sibi necessaria ministrantes, atque obsequium exhibentes, pauca numero statim habebat.* (\*) Hodie tales cum domanio Regni sæpe coniunguntur, & vniuntur, vt in Gallia imprimis; non desunt tamen discrepantiæ exempla. Ira Wilhelmus Angliæ Rex res suas in Germania, Belgio, & alibi sitas, seorsim ab Angliæ Regno bonisque Regiis seruaui, disposuitque. Eodem modo Ioannes Poloniae Rex bona non pauca ex eo quod parsimonia eiusdem reliquum fecit sibi suisque comparauit, quæ a coronæ bonis, & Regni dote quam diuersa erant, eruntque. Vt alia quotidie obuia omittam.

(\*) Add. Diploma de A. 912. Conradi I. ubi res proprietatis suæ ad sanctum locum Aberinesburg concessit. Tölner. *Cod. diplom.* p. 13.

§. XXI. Hæc an alienari poterint ceteris paribus, ac

B

siue

sine Ordinum consensu, quibus in ea nihil iuris est, possint, nemo est, qui dubitet; licet de partibus regni, quæ totius populi sunt, & rebus dominicis, quæ bona perpetua, & stabilia Principum sunt, & non huius, aut illius, sed omnium, vnde se aulamque suam possint exhibere, aliud longe sit dicendum.

§. XXII. Sed an tamen illæ plane sint extra commercium nullo casu, nulloque modo transferri solitæ, inquirendum altius est; operæque pretium videtur. Plerique consentientes subditos, vel eorum nomine Ordines imperii nullo non tempore requirunt (\*). Hæc Francisci Galliarum Regis (\*\*), excusatio fuit, quod promissa Carolo V. non præstaret; plura pollicentis, quam saluo iure Regni potuerit; cuius antiqua constitutio allegabatur, quæ verabat *Guicciardino* recentente: *Che si alienasse cosa alcuna appartenente alla corona, senza il consentimento de Parlamenti & de gli altri, appressò a quasi refidena l' auctorita di tuto il reame.*

(\*) In Gallis maxima Doctorum pars eadem tibi inflat. Allegari possent *Petrus Tholosanus, Cboppinus, Bacquetus, Cassanus, Puteanus, Auborius*, & fere alii innumeri, nisi res nota foret.

(\*\*) Idem maxime, *Io. Bodinus* de Republ. lib. V. p. 931. vrget. *Additum*, inquit etiam illud non potuisse Regem Provincias huius imperii, *Burgundiam* inquam & maximam *Belgii* partem, sine senatu & populi consensione hostibus promittere, id quidem verum est; cetera extra rem.

§. XXIII. Sed sunt tamen multi (\*), non infimæ scilicet *ICti*, qui laxiorem Principi facultatem concedunt, necessitatis casum semper excipientes. Quod si enim contingat, vt Rex vel Princeps, tanta felicitate frui non possit, vt omnia & singula Regni sui membra illibata conferuet; sed necessitas vrgeat, vt vel alienanda quædam Prouincia sit, vel ipsi in captiuitate pereundum, vel moriendum manu etiam carnificis, vel nulla vquam pax queat obtineri, an tu manus quæ-

quæso Principis tanta seueritate constringas, vt velis bella esse æterna, & obligare dominum, vt non nisi in vtilitatem Regni vel Principatus pacis fœdus ineat, licet ei interim vltima immineant? Quid hoc est, si hoc non constringere Principem est, vt perpetuo felix sit & victoriæ laudibus corrumpet? Quod vero cum in manu & potestate eius positum non sit, ad impossibilia illum hac ratione iri obligarum, nimis manifestum est. Quis autem Rex erit hac conditione, vt si vna vice nouercam fortunam sentiat, perpetuis miseris cumuletur, infelix in carcere tabescat, nulla sibi facultate concessa, pretium redemptionis suæ dandi, aut alienandi quidpiam sine suorum consensu, quod a victore postulatur?

(\*) In Belgis Ioannes Zypæus *in hiatu Iacobi Cassani obstructo* Cap. VI. In Germanis Caspar Zieglerus *de Iuribus Maiest. lib. 1. Cap. 6. §. 28.* Ill. Stryckius in *C. C. Sect. 1. Cap. III. §. 13.* Werlhofius in *disert. de Præscript.* inter Gentes liberas §. XL. In ipsis Gallis exceptionem necessitatis admiserunt Girardus, Bretius alique apud Limnæum notit. Franc. p. 604. Sed ita vt consensio statuum Regni nihilominus requiratur. Quod omnino in extrema, quæ in oculos, ac sensus incurrit, necessitate absolum est; vbi sæpe nec moræ, nec deliberationi spatium conceditur; nec etiam vt concedatur necessum est.

§. XXIV. Intereundum sane Ioanni ab Anglis, & Franco a Carolo detentis in squalore carceris fuisset, si eorum hostes credidissent, non posse illos Reges seruare promissa, quæ vt liberarentur præmeditate inierunt. Quis enim nisi insanus, & bonæ mentis oblitus sic tractaret cum captiuo; & propositas ab eo pacis conditiones acceptaret, si non posset ille implere promissa, nisi vtilitate aliqua in se suosque subditos redundante? (\*)

(\*) Est hæc ratiocinatio Auctoris Anonymi, qui contra Auberium scripsit *P. Advocat. cond. ann. p. 43.* summa eloquentia eius præstigias detegentis.

§. XXV. Noui equidem Regni leges limitare posse, arbitrium Principum in alienatione partium Regni ad illud farrum seruandum atque rectum. Sed quis non semper exceptam arbitrabitur tremendam atque ineuitabilem necessitatem? Leges ciuiles priuatis permisere, vt in extrema famis necessitate sanguinolenti(\*) venderent, aut oppignorarent liberos; & tu perire Reges, aut numquam finiendæ miseriæ desideras addicere?

(\*) L. i. Cod. de Patrib. qui lib. suos distraxer. lego cum Haloandro & Wissenbachio pro sanguinolentos sanguinolentus, vt hoc referatur ad Patrem, qui τα σπλάγγνα & viscera sua vt loquitur Basilius in sermone πρὸς τὴν πλεονεξίαν vendere videtur. Occurrunt enim & grandiorum liberorum venditorum exempla.

§. XXVI. Similia sunt vltra tertium non extendenda suum; Reges pupillos esse, sine tutorum suorum consensu nihil alienare valentes: esse indiuidua vt loquuntur, & ad omnia corporis sui membra retinenda obstricta (\*). Est potius necessitas velut vltimum ac maximum telum, semper separatim ponenda, præsumendumque non nisi stupidos, & ab omni ratione alienos subditos, hanc etiam pactis & conventionibus suis voluisse includere. Chirurgis permittimus vt separent & abscondant membrum, ne pars sincera trahatur; vt reliquæ corporis partes saluentur. Regi non permittimus, cui sæpe fortuna deesse potest, licet adsit virtus. Quæ hæc crudelitas, qui iniquæ mentis abortus?

(\*) Plane ineptum est, quod asserunt è Rolando à Valle *Consil. lib. I. n. 128. Vol. II. Regnum sese habere velut corpus humanum; idque, si vel auriculam amputaueris, monstruosum effici.* vid. Klock. de Aerar. lib. 2. c. 49. qui hunc flosculum feliciter in sua prata transfudit.

§. XXVII. Hispanis cerre eadem postea licuisset obrendere, si cauillari verba, si aucupari quascumque foederum initorum voces lubuisset, qui non minus quam Gallorum sapi-



sapiens natio, Regibus prohibuere suis (\*), ne quide patrimonio Regiæ coronæ ini nctō alienarent. Aut igitur abstinentium ab eiusmodi male sanis principiis est, aut dicendum Gallos non possidere iusto titulo Comitatum Ruscinonensem, Arthesiam, Burgundiam (\*\*): quæ cessa tamen sibi, data, tributa orami meliori modo iactantur.

(\*) *Vid. C. Hispan. part. V. Consit. 9.*

(\*\*) Quod tamen euitare conantur dicendo, Reges Franciæ has olim provincias iam tenuisse, easque post liminio recuperasse.

§. XXVIII. Ex quo iudicium fieri potest de inficetis Auberri (\*) adsertionibus: que les traités solennels quoique confirmes par serment n'obligent en aucune maniere les Rois de France, s'ils ne sont faits a leur auantage, parce que par la loy (\*) salique les droits de cette couronne sont inalienables, & par consequent imprescriptibles. Nam vt nihil dicam de lege Salica, de cuius forte antiquitate & existentia non inepte aliquis dubitaret, id nunc imprimis considerandum esse duco, nihil valiturameiusmodi legem, quæ naturæ & gentium iura, omnemque humanitatem euertit, Regesque ad id quod præstitum non est possibile obstringit.

(\*) *Intelligimus lib. I. Cap. III. des injustes Pretensions du Roy sur l'Empire.*

§. XXIX. Quod cum videret Casparus Schombergius (\*) Equitum Tribunus, Lemouicensis, Santonensis & Engolismensis Pro-Rex consultus ab Abelio Sammarthano Regis Ludouici XIII. nomine, ad metum simul confugit, qui Francisco Regi sit iniectus a Carolo, fidem vero vi expressam atque elicitam libertate relaxari & solui respondit. Idem regessisse per Legatos Christianos Principes; videlicet a Principe caactō & inuito vel etiam consentiente neque aeterna scilicet prius iura commutari; neque regni dominia transferri, neque legitimos heredes le-

gitima successione privari, nec subditos iure exteris Principibus mancipari. Quæ quidem fateor si valere debent, non levis sane rerum in orbe mutatio contingeret. Romani si qui adhuc ex illa antiqua gente sint residui, Galliam suam repetent, Merovingis metu relictam: reducent Hispaniam a Suevis, Alanis, Vandalis, & dein Gothis sibi ereptam: Frustra agitantur pacis consilia; Dani Scaniam, Hallandiam, Bleckingam & alia vindicabunt, metum obtendentes ac violentiam, qua sine in concordiam vix redeunt belligerantes: ut de Germanis meis nihil addam, aliisque gentibus, in quibus easdem intendi posse querelas clarum est. Exceptio & actio quod metus causa in ciuitate, ubi omnia esse tranquilla debent & tuta, & inter priuatos valebit, inter gentes non item, nisi miscere omnia, & nouis tumultibus implere mundum velimus. Non insultabimus tamen Philosophis, si abstractas de iusto & iniusto metu quæstiones excogitent & resoluant; dummodo inutiles quoad applicationem illas agnoscant. (\*\*)

(\*) Reperitur illa consultatio ad calcem Libri I. de *Domaniis Germanie* Io. Philippi Ringleri.

(\*\*) Hoc volo in abstracto, ut loquimur, determinari potest, quodnam bellum sit iniustum, non vero in concreto. Quis enim est, qui nullam bellis a se susceptis causam possit prætexere. Si dicas, prætexunt, sed ita ut iniustitia facile possit detegi: repono, tu qui detegis & detexisse te opinaris, decidere tamen nihil potes; sed aduocatum alterius partis agis; deciso a belli fortuna dependet, notumque Gordium, qui utrimque necitur gladius fecat &c. Apponam iudicioissimi Icti Helmstadiensis Werthofii verba dissert. de *Pact. liber. gentium* §. 24. *Habent sane bella summam cum iudiciis similitudinem, quippe quibus deficientibus bellum incipit. Quemadmodum igitur in iudiciis dubius rerum euentus grauem causam a lue discedendi præbet, & proinde iure ciuili trans actio quasi de re dubia propter timorem litis valet, ita etiam in bellis pacta propter dubiam Martis aleam & armorum metum inita plane firma sunt, siue iure siue iniuria bellum illatum sit. Quod si in Victoris arbitrio ple-*

*nissima victoria pacis condiciones collocauerit, neque ita necessitatis & metus iniusti pretextum passionibus violandis obtendi licite posse existimabunt, qui a summa ratione eas profectas, nec sine diuina prouidentia fatales eiusmodi calamitates mortalibus incumbere meminerunt.*

§. XXX. Mihi in hoc potissimum Carolus V. peccasse visus est, quod Friderici Tolerani(\*) Albæ Reguli consilia aspernatus Francisci verbis iuratis facile adeo fidem habuerit, eumque liberum dimiserit,(\*\*) antequam restituta Burgundia, & pacis conditionibus, quibus subscripserat Franciscus, plenissime satisfactum fuerit.

(\*) Refertur huius consultatio a *Belcario* Metensi Episcopo; Gallicanis partibus valde addito Comment. Rer. Gall. XVIII. cap. 30. *Non fuit autem quisquam, qui Regem suæ libertati restitutum maiore Burgundia celsurum existimaret, paucis exceptis, nimirum fœderis ipsius auctoribus. Clamabat ac reclamabat etiam Gatinaris Cancellarius subscribere recusans in rebus adeo Cæsari perniciosis auctoritate quam Cæsar ipse dederit, haud vsurus, siue potius (vt aiobat) haud abusurus.*

(\*\*) Neque enim putandum est Gallos promissa sua fuisse seruatuos, Rege semel liberato, licet omnium ordinum suffragia quam sollemnissime forent exquisita.

§. XXXI. Etsi vero exceptionem necessitatis in alienandis rebus regni & dominicis admisimus; id tamen intelleximus & intellectum volumus de ineuitabili necessitate, (\*) quæ in adducto apparuit exemplo, non approbantes eorum doctrinam, qui nimis generaliter de necessitate loquuntur, ac omne populi arbitrium excludunt.

(\*) Vt vero quidam nimis generaliter de necessitate & utilitate publica loquuntur, quæ saepe pretextitur, & iniuste pretexti potest; ita plerique ad ineuitabilem necessitatem, quæ ordinum seu populi suffragia excludit non attenderunt, minus aduertentes, posse occurrere exempla; vbi aut principi suo, qui caput Reipublicæ est, misere foret intereundum, ni a consueto rigore, Doctorumque iniquis suffragiis stabilito recedatur. Quod contra Sandium Ictum Frisium, hominem acutum, & doctam obseruari operæ pretium est. vid. eius dissert. de *prohib. rer. alien.* Cap. VI.

§. XXXII.

§. XXXII. Iam quid in Aristocratia circa alienationes liceat inuestigabimus. Vbi considerandum ante omnia est, an ita translaturum imperium in Optimates sit, ut multitudo sibi nihil referuet, neque de summa republica amplius arbitretur; sin hoc, populus certe nisi per seditionem alienationi translationique rerum ad rem publicam spectantium se opponere potest. Namque ius amissum & abdicatum, non potest alibi esse, quam penes eos, quibus id populus cessit, datumque voluit, expresse vel tacite saltem videndo & experiendo. Vbi enim esset si non apud ordinem, quem populus sibi substituit simpliciter (\*)

(\*) Ergo eadem potestas est penes istud Concilium, quae est penes Principem absolutissime Imperantem. Recte *Hobbesius* Element Philosophæ. de Ciue Cap. X. n. 4. Sunt quibus vnus regimen eo nomine displicet, quia vnus est, quasi iniquum esset inter tam multos tanta potestate eminere vnum aliquem, ut arbitrio suo possit de ceteris omnibus statuere. Hi sane subtrahere se ab imperio vnus Dei, si possent, vellent. Sed exceptionem hanc contra vnum suggerit inuidia, dum vident vnum habere quod omnes cupiunt. Idem iniquum esse censerent eadem ratione, si pauci imperarent, nisi ipsi vel essent, vel esse sperarent ex eorum numero. Nam si iniquum sit, non esse ius aequale omnibus, iniquum etiam est regimen optimatum. Quoniam autem ostensum est, statum equalitatis esse statum belli: ideoque inequalitatem introductam esse, consensu omnium, inequalitas illa non est amplius habenda pro re iniqua, vbi plus habet is, cui plus volentes dedimus. Incommoda igitur quae sequuntur vnus hominis imperium, sequuntur hominem, non vnitatem.

§. XXXIII. Dico simpliciter. Potuit enim limitare potestatem Procerum, siquidem ita in animum induxerit suum, potuit sibi referuare aliquid iuris: quod cum non fecerit, conquerendi, excipiendi, opponendi, cauillandi nullam deinde occasionem habebit ac prætextum.

§. XXXIV.

§. XXXIV. Sic Magnus Venetorum Senatus (\*) post dissolutum Cameracense fœdus in sui perniciem initum solustraxit cum Iulio Pontifice, Maximiliano, Ferdinando Arragonio, cœssis, quæ ad pacem obrinendam cedi debebant, nullo populi vel plebis arbitrio in istis pactionibus interueniente.

(\*) Vide *Belcarium Comment. Rer. Gallic. Lib. XI. cap. 38. 39. seq.*

§. XXXV. Quibus positis non difficile erit etiam de alienatione in Democraticis interdum necessaria, iustam formare regulam. Forma enim illarum fœdus omnium cum omnibus est, cuius summa in hoc consistit, vt quæ consensu maioris partis statuuntur, ea cunctos obligent (\*). Valere autem plurium suffragiorum prerogativa debet, quod aliqui publicis consiliis exitus nullus dari possit. Vnde quod plures voluerunt, id totius populi voluntas censetur; quemadmodum sub Monarchia id quod Princeps; sub Aristocratia quod Concilium statuit, pro populi arbitrio habetur.

(\*) Vnde *Hobbesius de Civ. Cap. VII. §. 5. Dues res constituunt Democraticam, quarum una (nempe conditio perpetua conventuum) ἄπορ, altera que est pluralitas suffragiorum τοῦ πῶτος, siue potestatem constituit.*

§. XXXVI. *Dionysius Halicarnassicus* (\*) auctor est, in Romana veteri republica populum suffragia per centurias tulisse; quarum centum nonaginta duæ erant; Ex his quando nonaginta octo consenserint, reliquas non fuisse rogatas; manifesto indicio maioris partis scitum fuisse totius populi voluntatem, cum non exspectaretur, vt minor pars suam animi sententiam declararet.

(\*) *Lib. VII. a princ.*

§. XXXVII. Etenim in eiusmodi consensione populi libertatem custodire volentes facile descendunt, quia norunt, quo tempore ab imperio communi recesserint, neminem salutis suæ fore certum, discinctam multitudinem orituram,

turam, non populum, omniaque pessum itura, quod eos minime velle manifestum est (\*).

(\*) Quamobrem [Anarchiam aliqui hunc appellarunt statum. Significat enim ea vox, nullum omnino Regimen esse, hoc est, ac civitatem quidem esse.

§. XXXVIII. Nec dubium, quin hoc ea ratione velint intellectum, vt etiamsi commodis ac saluti paucorum aliquid aduerfetur, nihilominus ratio plurium vincat vtilitatem priuatam; nisi conditiones adiectæ fuerint speciales, quibus omnium & singulorum in quibusdam causis requireretur consensus: quod tamen valde irregulare foret, monstrosamque formam efficeret; communisque salutis consilia valde retardaret.

§. XXXIX. Nec quidquam refert, vtrum rectius an peius maior pars sentiat. Hoc enim casu nihil minori parti iuris relictum est, nisi ad primam confusionem, quæ malorum omnium maximum videtur, redigi debeat dissensu paucorum, vnitus populus; & turba fieri debeat, ac numerus, vinculo reipublicæ, ac primæ pactionis ligamento penitus soluto.

§. XL. Exceptiones hic pauca occurrent, aut etiam nulla, nisi coitione quadam facta, pars maior id ageret palam, vt reliquos vita bonisque exueret, quod contra scopum societatis foret (\*); omnemque securitatem, qua tamen sub præsidio publico frui volebant, manifeste euerteret. Qui tamen casus vix concipi, multo minus dari facile potest.

(\*) Vid. Huber. de *Iur. Ciuit.* Lib. I, Sect. II, cap. 2.

§. XLI. Proinde vt intentioni nostræ conuenienter loquamur; in Regno, quod vocamus patrimoniale Princeps vere dominus est; alienandique & quæ huic similis est facultatem habet: In non patrimoniali, Princeps cum ordinibus;

nibus, sola ineuicabili necessitate excepta: In Aristocratia regulari, Optimatum curia: in Democratia maior populi pars, eo modo ac ratione quam indicauimus.

§. XLII. Alienationis autem iure eiuſdem de oppignoratione nullum occurrere dābium poteſt; cum omnia quæ de illo tuere annotata, huc quam aptiſſime quadrent. In regnis tamen aliquando euenire poteſt, vt ſi applicatio inſtituenda ſit, perplexa cooriatur quæſtio, an in hoc præciſe alienandi poteſtas Imperantibus fuerit conceſſa, an minus; quod de Imperio noſtro Germanico *Strauchii* & *Conringii* ſcripta ſatis produnt.

§. XLIII. Ille enim in diſſertatione eruditiffima de *Oppignorationibus Imperii* magna exemplorum copia ſuffultus, a Theſi XX. vsque ad theſin XXXI. operoſe adſtruerē conabatur, ante Caroli V. tempora res Imperii alienare, aut in feudum concedere, in Imperatoris arbitrio poſitum fuiſſe. Hic contra aliiſ argumentis ac rationibus inſtructus contendit, dudum ante Caroli V. ætatem eiſmodi alienationes Imperatoribus ſolis fuiſſe denegatas, doctiſſimo de *Finibus Imperii* tractatu cap. XIX. §. 22.

§. XLIV. De antiquioribus temporibus nulla quæſtio vel liſ inter hos Duumuiros fuit. Nam ſub Carolingorum & Saxonum Imperatorum temporibus diplomata, & ſcriptores illis coæuos pro alienationum iuſtitia loqui fere creditum eſt. Ego tamen obſeruandum omnino arbitror, a ridiculis & elumbibus ad hoc probandum argumentis abſtinendum eſſe; in quibus hæc ſunt: Cæſarem eſſe mundi dominum, ac proinde & alienandi facultate non eſſe deſtitutum: Deinde Cæſarem in Italia, Cæſarem in Arelatenſi Regno alienaſſe re vera (\*), & potuiſſe alienare; non enim ſi hoc etiam foret eiuſdem ab illis Regnis, quæ in pleno Cæſaris dominio eſſe po-

tuerunt, ad Regnum præcipue Germanicum necere consequentiam licebit.

(\*) Quo d etiam a Strauchio non distincte satis observatum fuit.

§. XLV. Sueuorum Cæsarum ævo quid licuerit, & an alienationes sine statuum consensu, an cum eorum approbatione factæ fuerint, magis videtur dubium. Conringius vir summus præcipuum sententiæ suæ robur in Ottonis IV. iuramento (\*), speculo Saxonico (\*\*), & Wenceslai abdicatione ponit, cuius hanc potissimum Electores (\*\*\*) allegarunt causam, quod complures urbes terrasque tam in Germania, quam Italia ad Imperium pertinentes alienauerit, parum pensi habens, ut eas retineret, quod perniciosè mutilasset imperium, & mutilum reddi permisset, dum ex Vicario Imperii creauit Ducem Mediolanensem.

(\*) Quod fecerat, inquit Matthæus Parisiensis ad A. MCCX. cum a Papa ad imperium fuerat sublimatus, quod videlicet dignitates imperii conseruaret, & iura dispersa pro possibilitate sua reuocaret. Huius sacramenti memor, ipsi deinde Papa grauis incubuit, iura Imperii, ex obligatione sibi imposita vindicaturus. Quare idem Mathæus Parisiensis responsum Cæsaris Papæ non inficete datum, hoc modo refert: Si, inquit, summus Pontifex Imperii iura iniusta possidere desiderat, a sacramento quod tempore consecrationis meæ ad dignitatem Imperialem me iurare compulsi, me absoluat, quod videlicet dispersa Imperii iura reuocarem.

(\*\*) Lib. III. art. 54. Cum Rex eligetur iureiurando Imperio homagium præstet, & iurare debet, se velle iniustitiam confortare, & destruere iniustitiam, & Imperii secundum suum posse iura defendere. Speculum autem hoc Friderici II. atate conscriptum esse Conringius alibi adseruit.

(\*\*\*) Legantur hæc in sententia exauctorationis apud Vrsinum Tom. II. & Chronico Iacobi Konzelsboui translata p. 180. 197.

§. XLVI. Addiderunt alii decretum Friderici II. in curia solenni Herbipoli A. MCCXVI. ex consilio Principum emissum (\*); quod non liceat ulli Romanorum Regi seu Imperatori Principi-



*cipatum aliquem ab Imperio aliquo modo alienare, sed omnes Imperii Principatus in suo iure & honore illafos obferuare.*

(\*) Diploma integrum publicauit *Hundius* Tom. II. *Metropol. Salisburg. Niedermünfter* p. 591.

§. XLVII. Ad quæ dubia pro virili conatus est respondere *Strauchius*, sed ita vt accuratori disquisitioni reliquerit locum. Namque *Herbipolense* decretum ita explicat, vt id ad alienationem Principatus sine voluntate Principis Præfidentis, & pleno eiusdem Ministerialium consensu restringendum putet; Principatu vero vacante vel feudo ad dominum reuerso id licuisse credat. Ad locum *Matthæi Parisiensis* respondet, eum non loqui de rebus quas diftraxerint Imperatores, sed quas homines auari, iniufti, alienorum raptores ad fe traxerint: quod & sub *Carolo M.* iam fuisse factum Capitulares indicent. Addit postea *Speculum Saxonicum* nihil probare: Non enim fequi: Qui sacramento adstringitur defendere iura, illius arbitrio non relinquatur alienatio. Defendere hic significare, Imperatorem providere debere, ne iniuste alii inuadant possessiones Imperii, occupent aut auerruncent aliquid.

§. XLVIII. Sententiam exauctorationis vero intactam reliquit *πολυμαθές ατ* & *ICTus*, in quo tamen non nihil reboris situm esse *Conringius* existimauit. Cui tamen *Ioannes Guilielmus Iterus* (\*) occurrit vir rerum patriarum & publici iuris peritiffimus, distinguens, inter potestatem ac officium Imperatoris. Subinde etenim contingere, vt qui summa in republica potestate gaudet, ita se gerat, & eorum quæ exteris Imperii regnique legibus vetita sunt, nihil quidquam admittat, vtcumque forte officii ratio repugnet. Finge enim inquit, summa quantumuis potestate preditum Principem, qui ad populi salutem moderari Imperium debebat; cuius tamen liberalitati in fundamentalibus Regni legibus nusquam modus postus reperitur, inconsultis largitionibus nunc ararium exaurire, & alia pa-

trare, que in detrimentum Reipublice cedunt, hunc sane licet in leges fundamentales forte non peccauerit, male tamen administrationi Imperii praefuisse, & subditis quoque iuste conquerendi ansam dedisse, quis neget? Eodem modo Imperator, cum Imperii sui rationes ad civium utilitatem atque commodum dirigere teneatur, omnia illa summo studio evitare debet, quibus reipublica vires franguntur atque enervantur, aut vincula quoque civitatis paulatim laxantur; quod vti distractis, & ab imperio diuulsis eius terris, ditionibusque fieri nemo negat, ita Caesarem, si non disertam sanctionem, officii tamen ratione quondam prohibitum censeo, ne perquam noxiis eiusmodi bonorum alienationibus Rempublicam lacerare debuerit. Adiiicit deinde, dubium adhuc inter iuris publici scriptores esse, qua auctoritate sumta an accepta Electores nonnumquam solio deiecerint Imperatores; ut ex eiusmodi exauctorationum diplomatibus aut nihil liceat colligere, aut saltem non omni exceptione argumentum maius. (\*\*)

(\*) De Feudis Imperii p. 351. seq.

(\*\*) Becclerus *Noit. Imper. lib. IV. cap. I.* alique existimarunt. Exauctorationes omnes rationibus politicis modo huius, modo illius Principis, modo summi Pontificis arcanis consiliis, modo aperta vi subnixas, nullo modo defendi posse.

§. XLIX. Mea sic est sententia: Existitisse iam ante tempora Caroli V. vel legem expressam, vel consuetudinem rationi valde conformem inualuisse, de non alienandis Imperii rebus. Nimis enim contorta est *Strauchii* ad Decretum Herbipolense responsio (\*): nimis coacta Speculi Saxonici explicatio: nimis denique laxa a factis alienationibus sine consensu ordinum ad earundem iustitiam probandam consequentia. Non nego Rudolphum, Ludovicum Bauarum, Carolum IV. Wenceslaum aliosque nulla ordinum mentione iniecta, alienasse saepe, oppignorasse, donasse, vendidisse; concedo id multis etiam Principibus valde utile fuisse, qui ad tantum potentiae culmen alias vix potuissent

issent peruenire: Sed nego tamen semper id saluis legibus, ne dicam salua officii ratione fieri potuisse. Leue quippe est quod vrgetur, Sueuiæ ciuitates & quasdam Rheni priuilegiis de non oppignorando vel alienando se muniuisse; Ergo oppignorare istas, ergo alienare sine statuum approbatione Cæsares potuerunt. Vnicum Francofurtensibus a Carolo IV. concessum priuilegium\* (quod est apud Limnæum de *Iur. Publ. lib. VII. cap. XIV. n. 14.*) contrarium persuadet: quo prouisum eis, daß sie vor dem Keyser und das Reich niemand Pfandbar seyn sollen in keinerley Sachen / und daß der Keyser und daß Reich keine Pfandbriefe über sie geben / oder die gegebene Krafft haben solten (\*\*). Hic igitur expressa Cæsaris & Imperii mentio occurrit, cuius consensus vrut requirendus, ab Imperatoribus tamen sæpe neglectus est, prout illi vel auctoritate & potentia, valde eminebant; vel in Electorum ac Principum fauorem ex Imperii patrimonio aliquid decerpebant. Sic nemo mussitabat, cum Carolus IV. Imperii vectigalia Electoribus oppignoraret, vt suum eligerent Wenceslaum (\*\*\*) , licet nemo non obstreperet, cum Wenceslaus Galeacium Ducis titulo honoraturus ei simul Mediolanense territorium concederet, venderetque. Si quæras, quo prætextu has domanii ac ærarii (†) publici mutationes pallauerint, hic maxime occurrit; non vllam Imperii partem hac ratione ab imperio iri separatum, sed id quod donatum & venditum intra summam imperii iurisdictionem nihilominus substituturum, euidentem ferendi onera reipublicæ rationem, & tuendi Imperatorum splendorem id suasisse. Quæ caussa cum in aliis non inualida fuerit iudicata, in Wenceslao tamen illam ferre noluerunt Electores, cum parum sibi ex illius alienationibus vtilitatis affulgeret; aliæque politicæ rationes iram & auersionem inspirarent. Hodie vero postquam nihil amplius est, quod oppignorari ab Imperatoribus

bus potest, expressis & claris a deo verbis ¶¶ alienandi licentia est restricta, vt nemo sit, qui de eo dubitet aut dubitare velit.

(\*) Quid enim respondere potuisset *Strauchius* ad chartam *Friderici II.* quæ est apud *Hedam* p. 196. de A. 1215. Cum apud *Franckenfort*, inquit Imperator, in curia sollemniter indicta presideremus, per Principes, qui ibidem aderant, talis data fuit sententia, & ab eisdem approbata: quod nullam auctoritatem sine *Warandiam telonei*, in damnum vel preiudicium alicuius nostra prestare securitas potuisset. Comes certe *Gelrensis* telonio super *Rhenum* hoc modo priuabatur. Quid reponere idem vir clarissimus quiuisset, si chartam *Friderici I.* apud *Fridericum a Sande* tract. II. ad *Consuet. Gelr.* p. 96. legisset, in qua similis sententia in *Theodoricum Comitem Cluiensem* fuit pronunciata. Puto ex eadem causa Electores ad *Rhenum* non satis sibi cautum putasse, nisi caput illud, de concessis oppigneratisque sibi vectigalibus expresse in iurata *Cæsaris Capitula* referretur.

(\*\*) Addi potest *Alberti Argentinensis* notabilis locus apud *Vratisl. Tom. II.* p. 161. Et descendit *Rex Moguntiam*, comportans cum *Gerlaco Moguntino* & *Capitulo potentium*, quod restituta sunt sibi NOMINE IMPERII *Oppenheim* / *Obertsheim* / oppida Imperialia super *Rhenum* cum castris & villis adjacentibus, que obligata fuerant *Ecclesie Moguntinae* pro *XX. millibus florenorum*.

(\*\*\*) *Albertus Argentinensis* ad A. 1376. hæc tantum habet: Anno Domini 1376. feria tertia, infra hebdomadam festi *Pentecostes* electus est *Wenceslaus* filius *Caroli Bohemie Imperatoris* in Romanum Regem patre suo adhuc viuento, & eandem electionem fieri procurante per omnes Imperii Electores concorditer, non sine magna pecunia: Mutius vero *falsus* & explicatius incedit *Lib. XXV. Chron. p. 155.* Incipit cogitare quo pacto possit filium suum *Wenceslaum Regem Romanorum* facere, & tentat igitur Principum Electorum animos muneribus & officiis allicere, ad filium suum eligendum: Sunt auctores qui scribunt, singulis Electoribus Principibus centum millia florenorum promissa: post electionem vero cum patri *Carolo* soluendo non esset, Principibus Electoribus obligasse pignoris loco, vectigalia, oppida & telonia Imperialia &c.

(†) Promissæ hæc in Francis & Germanis usurpabantur vocabula.

(††) Vid. *Cap. Leopold. & Ioseph. art. XII.* Immo etiam consilia sæpe obligata nouimus de reuocandis iis, quæ olim alienata, & pignori obligata,

gata fuere. Pertinet eo celebris oratio *Iulii Pflugii*, de Republica Romana, quam *Goldastus* Politicis Imperialibus inseruit, & quæ *Nicolaus Cusanus* lib. III. de Concord. Cathol. cap. 30. disseruit. Nec ignota sunt, quæ in Westphalicæ Pacis deliberationibus fuere disputata. Quæ omnia tamen neque in hoc seculo, neque in futuro, hoc est nunquam effectum sortientur.

S. L. Itaque eo potius adlaborabimus, ut quemadmodum promisimus, exacte inquiramus, an territorium aut integra provincia cum populo possit in alterius cuiusdam nationis manus consignari, tradique: etiamsi ordines velint; ac status non dissentiant. Quæstio posset videri Domitiana ac inutilis; postquam concessimus Principi ut alienet, oppigneret, vendat, transferat quocumque modo, dummodo consensum Procerum suorum, utpote quorum interest, adhibeat, & secundum ius maioris partis procedat; sed non videbitur credo illis inanis, qui omnia accurate circumspiciunt, & quascumque circumstantias exacte librant. Quid enim? si populus qui est in territorio seu provincia migrare in alterius iura nolit? Quid si difficiles moras neget, nec novum dominum velit, aut creditorem? *Grotius* (\*) certe tanti momenti reputavit hoc dubium, ut quasdam ei solvendo periodos consecraret. Existimat autem ille, in partis alienatione, adeoque etiam oppignoratione, requiri omnino, ut etiam pars de qua alienanda agitur consentiat. *Nam qui in civitate, inquit, coeunt, societatem quamdam incunt perpetuam & immortalem, ratione partium, que integrantes dicuntur: unde sequitur has partes non ita esse sub suo corpore, ut sunt partes corporis naturalis, que sine corporis vita vivere non possunt & ideo in usum corporis abscinduntur. Hoc enim corpus de quo agimus alterius est generis, voluntate contractum scilicet; ac propterea ius eius in partes ex primæ voluntate metiendum est; que minime credi debet talis fuisse, ut ius esset corpori partes abscindere a se, & alii in ditionem dare.* Quæ tamen non ita crude videntur intel-

D

ligen-

ligenda. Distinguenda enim & hic ante omnia sunt regna, in quibus Imperantis solius utilitas respicitur, ab illis, in quibus & parentium utilitas consideranda. Imperite hic impedit Ferdinandus Vasquius in *Controversiis Illustribus* (\*\*), utpote qui pro fundamento quasi omnium disputationum suarum posuit Respublicas quascumque coivisse spontaneo arbitrio civium in communem utilitatem, quo nihil est falsius aut infusius.

(\*) Vid. Lib. II. de I. B. & P. cap. VI. §. 4.

(\*\*) Taxat cum propterea Hermannus Conringius de *Fin. Imp. Lib. II. cap. XIX. §. 6.* & *Buederus* ad cit. Grotii locum, qui disputationem eius in hoc argumento ut amnem, in quem multi torrentes incurrant, *multa trahere parum liquida* scripsit p. m. 549.

§. LI. Deinde etiam in Rebus publicis melioris ordinis, ut loquuntur, quæ potissimum parentium utilitatem sibi habent propositam, dicta Grotii non sine limitatione, aut vberiiori explicatione videntur admittenda. Fac enim perpetuam societatem coivisse populum, & æterno quasi fœdere sui conservationem fuisse stipulatum: perpetuum tamen & æternum in hoc quidem negotio ita accipiendum erit, ne moralis quædam contraditio aut repugnantia suboriatur, qualis relultaret a necessitate pereundi, nisi societate dissoluta, patiatur pars populi sese alienari, aut avelli. Concedit & permittit Grotius parti, ut a corpore recedat, nisi evidenter se aliter servare non possit, corpori non concedit, ut ob conservationem sui partem a se abscindat & deserat. Causam quam allegat verbis Metaphysicis, & obscuris vix capiunt aliqui ac intelligunt. Potius ex propriis eiusdem verbis, quæ sensum admittunt, quæve allegavimus, contrarium sequitur. Quoniam enim partes sine hoc corpore vivere possunt, minore religione abscinduntur, quam partes corporis naturalis, quæ abscissæ intereunt. Recte *Gronovii-*

us (\*): *Seruare velle primum ac precipuum est, quod respicit & Principes, & corpus, quicumque faciunt partem sui, deinde seruare in corpore, ut nunc est. Quod si obtineri nequit, nulla inuidia est, contentum esse priori, & seruandos, quemcumque fortuna dederit, alii mandare potius, quam secum sinere interire, aut sibi licentiam tantam reseruare ad pacta turbanda, ius iurandum violandum, ferro & igne sanandum hoc pretextu, quasi alienare non licuerit.*

(\*) In not. ad Grotii loc. cit.

§. LII. Ipse Grotius obiectionem quam sibi formauit, non recte credo remouet. Dum enim sibi opponit, imperium esse in corpore, ut subiecto, ac proinde alienari posse, ut dominium priuati, respondet, esse quidem in corpore ut subiecto, sed ut subiecto adequato non diuisibiliter in plura corpora, sicut anima in corporibus perfectis. Quo quid dici posset obscurius, & simul etiam infirmius non video. Nam maneamus in simili. Anima partem corporis, quantum ad sanam est, deserere non potest; sed quid si pars morbo ita esset exulcerata & confecta, ut animam sustinere amplius non possit? annon recipit illa se ad partes, quarum maius robur est, ac maior validitas? an immedicabile relinquentium vulnus? an pars etiam sincera simul trahenda? Rectius anima consulit reliquo corpori, missa parte, non sibi tantum, sed prorsus ea perdita, vel peritura, mortua vel moritura. Quanto leuius pergit Gronouius, hoc ferendum in corpore artificiali. De quo que separantur, non intereunt, sed in aliud corpus eunt, cuius spiritu perinde alantur, ut in priore, praesertim si pars sit mere subiecta, que possit dicere cum asino illo apud Phaedrum: Quid refert cui seruiam, clitellas dum porto meas?

§. LIII. Illustris Puffendorffius (\*) qui Grotium hic alias acriter tuetur, vim obiectionis sentiens aliud remedium quaerit. Si Rex, ait, necessitate adactus cum hoste validiore pacem

hac lege fecerit, ut ipsi certam regionem concedat, quae tamen isti cessione contradixit, arbitramur debere quidem ipsum ex eadem sua praesidia deducere, & non impedire, quo minus victor eius possessionem adprebendat, haudquaquam tamen eandem cogere poterit, ut omnino sese in alterius ditionem tradat. Hic ego inquam, iudicium Viri, quod alias non insubtile est, desidero. Quid enim hoc aliud, quam excogitare periphrafin, aut quadam vti circum-itione, ne alienandi vocabulum sit adhibendum? Simile hoc inuentum illi Praetoris est, actionem denegare & exceptionem concedere? abdicare, sed non alienare? derelinquere, sed non transferre? At ratiocinabimur adhuc paululum. Si aeterna inter populum & Principem societas esse debeat, annon hic obstrictus erit ut defendat & tueatur, ut non abdicet & derelinquat? Non potest, inquis, aliter. Ergo alienet regere. Verfamur iam intra confinia alienandi & derelinquendi. Nec mouet, alienationem videri exceptam. Videtur enim etiam excepta derelictio. Sed videtur solum. Moraliter enim possibile amplius non est, ut pars cum reliquo corpore illaesa subsistat. Loquitur *Puffendorffius* de casu, vbi populusea adhuc firmitate est, & eiusmodi viribus pollet, seipsum tuendi, adeoque resistere potest. Ipse vero alibi, & nos illum supponimus, vbi omne eiusmodi robur ita ad incitas redactum est, ut aut pereundum sit parti, & corpori, aut alius imperium subeundum.

(\*) I. N. & G. lib. IIX. cap. V. §. 9.

§. LIV. In quod discrimen si res deducta non sit, nec ineuirabilis necessitas incumbat, aliter scimus decisio foret formanda; aliter videmus foret respondendum, immo etiam respondemus. Huc tu oculos flectas Lector, ne alia misceas non miscenda. Sic minime improbamus eorum sermones, qui cum Philippus II. Belgium & Burgundiam in dorem adscri-



scriberet Alberto Austrio Archi-Duci, consentientibus filio, suisque Hispanis, sed inconsultis tamen Belgis data ei Isabella Clara Eugenia filia maiori, præcipue arguebant; Præuam esse morem, quod libera hominum capita ceu priuatum seruitium in censu ac commercio haberentur. Barbaris certe uisatum, ut imperia donarent, legarentue, quippe ignaris, Domino Princeps quid intersit: at quibus aliud fas ac nefas, minime his ambiguum, rem esse populi, indeque dici rem publicam, cuius procuracionem ut apud alias gentes Comitibus, aut senatui, ita apud plerasque Principi permisam. Nec ullum omnino iustum imperium, nisi ex consensu gentium capisse, que tutelam omnium uni aut homini, aut ob turbida suffragiorum familia crediderint, solo honoris pretio inductis, ut sua posthabita, ciuium utilitati studerent. Quod ut ubique verum, ita in Belgis manifestius, qui nec armis subacti, nec ultero concupita seruitute, sed definitis præmiis & potestate, multa principibus non permisissent; vetito inter prima, ne quam partem fidei sue commissam aberrumperent: itaque filias olim in pecunia, eaque non magna, dotem accepisse: ceteris liberorum, præfecturas & minora munerum data. Quibus legibus frustra Regium nomen opponi Belgis incognitum.

(\*) Reperiuntur hæc in Hugonis Grotii *Histor. Lib. VII. p. 324.*

§. LV. Quis autem dubitaret, potuisse & debuisse etiam hoc consilium de alienandis & in alium transferendis tot prouinciis communicare Philippum cum Belgarum populo, utpote quem nec impendens aliqua necessitas, nec imminens quoddam periculum, sed arcana quædam & politica ratio (\*) auellendum a reliquo, cui adhæserunt, corpore suadebat? Sane si vniquam Grotii rationes aliquid valere debent, hic maxime valere debuissent.

(\*) Eam ex ponit Grotius *loc. cit. p. 323.* vnde sua hausit recens Author de *Histoire de la Republique des provinces Vnies Tom. II. p. 283.*

§. LVI. Ipsi aliquando Philippo (†), aliisque Principibus sanctius consilium constitit; meliorque ratio. In Charta A. 1259. apud Francicum Guillimannum *Lib. VI. Habsburg. cap. 2.* est: Radolphum Comitem Habsburgicum & Landgravium Elisariæ Dietericum, & Slierum vicos vendidisse, non solum suo, sed & Vasallorum & ministerialium consilio & consensu. In pactis inter Cæsarem & Ducem Würtembergicum conuenit, vt intra sextam hebdomadam filius huius Christophorus & populus ista confirmet, & habeant regea (\*): immo etiam cum Comites Waldeccenses Comitatum suum serenissimæ Domui Hassiacæ in feudum offerre vellent, Anno 1438. prius egere cum subditis suis (\*\*). Angli vero hac ratione inducti, irritam habuere Regni traditionem, quam Ioannes Rex Pontificis Legaro (\*\*\*) Pandulpho fecerat. Scoti excusserunt iugum, quod inuitis sibi impotuerat Ioannes Balliolus (†) ex intempestiua trepidatione se ac Regnum Eduardo Anglo subiiciens.

(†) Ita publicis Brabantinorum ordinum suffragiis Auriaco Principi oppidum & territorium Grauiæ venum dedit Philippus II. Guicciardino in descript. Belgii teste, Vid. Io. a Sande *de prohibita rerum alienat.* cap. 6. §. 2. n. 14.

(\*) Apud Sleidanum *Lib. XVIII. Commentar. ad A. 1547. p. 563.*

(\*\*) Verba talia leguntur apud auctorem *der Waldeckischen Ehrenrettung* part. I. cap. 2. Dabero die Herren Grafen zu Waldeck auff sich genommen ihre Unterthanen zu handeln/ zu bitten/ und zu heissen/ daß dieselbe solches placidren/ und zum Zeugniß ihrer Beliebung dem Herrn Landgraffen huldigen und gehorsam seyn solten zu solcher Lehnenschaft.

(\*\*\*) Waltherus Hemmingford qui sub temporibus Eduardi III. claruit litteram subiectionis suppeditat in *Collect. Thom. Galei Tom. II. p. 554.* Ipse vero Ludouicus Philippi Francorum Regis filius quem Angli contra Ioannem eueocarunt in declaratione sua, inter alias conuersiones hæc habet: *Ad hæc cum Praefectus Ioannes in coronatione sua solenniter pro*

*prout moris est, iurasset, se iura & consuetudines ecclesie & regni Anglie conseruaturum, contra iuramentum suum absque consilio vel consensu Baronum suorum idem regnum quod semper fuit liberum, quantum in ipso fuit Domino Pape subiectu, & fecit tributarium &c. vid. Chron. Wilhelmi Thorni in Collect. Twysden. p. 1869.*

- (†) Vid. Buchananus Rer. Scotie. Lib. VIII. p. 233. & ex Anglis Henricum de *Knyghton* Canonicum Leicestriensem *Collect. Twysden. p. 2481.* Fuit iste Balliolus intercessione Pontificis tandem liberatus, hae tamen limitatione adiecta, ne sine speciali Bonifacii IX. concessione, eiusque Nuncii locum mutaret; Legitur adhuc diploma in Codice Iuris Gentium Leibniziano Part. II. p. 276. in quo poenae nomine additum, vt si contraueniret Scotus, *omnia bona sua ubicumque sunt, vel essent deueniant ipso facto in ius & potestatem dicti Domini Pape; & sint Romanae Ecclesie consecrata; & contra personam suam procedatur & procedi possit tanquam contra periurum, contumacem & inobedientem Romanae Ecclesie; & dicti Domini Pape.* Hinc videtur postea Bonifacius Papa ius quaesitum praetendisse in Regnum Scotiae, de quo ad Regem Angliae scripsit, quemadmodum e sequentibus diplomatibus ac chartis adnotauit, & coniecit Illustris *Leibnizius.*

S. LVII. Quae omnia iustitiae & rationi adeo consentanea sunt, vt Burgundis vitio dare nequitiam vellemus, quod contra Francisci I. alienationem, & cessionem querelas interposuerunt suas, dummodo probare potuissent, Regem suum sine urgente necessitate hoc quidquid fuit suscepisse. Non enim poterant calumniari aut accusare Principem, qui vt vitam & coronam sibi seruaret, flosculum & partem regni decerpi passus est, prouinciaque se abdicauit, de qua adhuc tub iudice lis est, an illa olim a Ludouico XI. legitimis, vt volunt, successoribus erepta, conualidari adeo cum Francia regno potuerit, vt ne extrema quidem necessitate incumbente Carolo valuerit restituere Franciscus, quo sine nec carceris tenebras effugere, nec vitae suae saluti consulere, nec reliqua etiam regni membra in tuto collocare li-

cuis-

cuiſſet. Sed non eſt cuiquam inexploratum, quam manibus pedibusque obnixè omnia fecerint Franciſcus & Silua Senatus Pariſienſis Præſes, vt tot ſacramentis ac clauſulis confirmata promiſſa nihilominus eluderent; omneque ſas atque ius, vt ſua ſeruarent, in exilium mitterent. Idem tenens de pacificatione Bretignienſi, quam Carolus V. cognomine ſapiens cum Eduardi Angliæ Regis contemtu ſimilicaliditate irritam reddidit (\*).

(\*) Ita Froiſſardus Lib. I. cap. 246. Engoliſmenſes rebellionis ſuæ cauſam allegantes inducit, *qu'il eſtoit ni en l'ordonnance & puiſſance du Roy de France, n'ouques ne fut, qui il les puſt acquiter. du reſſort, ſauf le conſentement des Prelats, Barons des Cités, & des bonnes villes de Gaſcogne: qu'il ne l'euffent jamais ſouffert, ni ne ſouffriroyent, s'il eſtoit a faire, d' autant, que ce ſeroit pour rousiours faire demeurer le Royaume en Guerre.* Addit Serranus Hiſt. Franc. in Carolo V. p. 183. *Proceſſatus autem hæcenus ſemper ſuerat Carolus, ſe Bretignienſem tractatum inuiolatum ſeruare velle, ſed audita tandem generali illa Statutum, ac particulari ciuitatum ac dominorum reſolutione, mutato animo ſi vim adhiberet Anglus, defendere ſubditos ſtatuit.* Si Pufendorfius audiendus, derelinquere minimum Carolus, nec ſuccurrere eis, qui olum erant ſui, debuiffet. Non memini, vllam conuentionem tot ſacramentis fuiſſe firmatam, totque litteris, clauſulis, chartisque corroboratam. Inſignem earum numerum in veterum ſcriptorum Colleſtione noua Tom. I. part. II. p. 187. congeſſit Martianeus Gallus, Monachus Benediſtinus.

§. LVIII. Ne habent Galli quod ſibi gratulentur Grotium hominem Belgam a ſuis partibus ſtare; ipſi enim non ignorant, illum libros de iure belli & pacis eo tempore compoſuiſſe, cum ſibi in Belgis omnia intuta viderentur, iſque Ludouici XIII. liberalitate ſuſtentandus eſſet: quam facile ſubtrahere, eumque ſuis curis viuentem relinquere poruiſſet, ſi in re tam delicata; tam Gallis periculofa; & inutilli, aliquid veritati dare voluiſſet. Vnde non ſine auctoris doctiſſimus

simus, quem allegauimus *Gronouius*, & cui etiam nostrum submittimus iudicium, nostrumque calculum grauissimis eiusdem rationibus commoti addimus. *Nescio*, inquit, *quare tam solite ac subtiliter disputet hac auctor, ac religionem iniiciat Principibus alienanda partis summi imperii vel finium: quasi quisque ad hoc procliuus esset. Utinam tam facile illos dedocere posset, ne agerent, ferrent, & apererent, aliena, quam facile obtinebit, ne quid vltro alienent! frustra monetur hac questio, extra casum necessitatis; alioquin hoc scio vehementer inculcare duo hominum genera, alterum, quia priuilegia, quae Principes ac Reges populis ac ciuitatibus dederunt, atque illis munierunt potentiam suam, irrita reddendi occasionem querunt: alterum, qui aeternos volunt seruare titulos semel adquisita possessionis, hoc est, semina bellicorum, ut cum Franci negant Francisco I. captiuo ius fuisse Carolo V. cedendi Regnum Neapolitanum, Ducatum Insuabriae, & Prouincias Belgicas, quae Regni Galliae feudum erant. Quam sancte & pie illi faciant, si illud ius summi imperii, quod cum salute inferiorum coniunctum est, temere minuunt; aut se populos, quos tueri ac defendere debent, retinendo proiciunt ac deserunt. At ubi in eam sententiam sunt redacti, ut nisi aut concedendo aliquid de iure summo, aut alienando partem populi, non possint seruare reliquum, quare minus eis liceat in partes, quam partibus in simili necessitate aduersus totum corpus, causam non video. Nisi stulti fuerunt illi veteres, qui magni animi esse putabant, etiam in Principe, dicere de fortuna: si celeres quatit pennas resigno quod dedit: qui Tyrannorum adscribebant Consiliariis de regno non esse descendendum, nisi pedibus traharis.*

§. LIX. Quae cum ita a nobis fuere disputata in procliuus erit intelligere, quod nec pignori dari pars imperii possit, nisi simili consensu: non ea tantum ex causa, quod ex pignoris datione sequi alienatio soleat; sed quod & Rex seu Princeps teneatur populo ad exercendum per se summum imperium, & populus partibus suis ad conseruandum hoc exercitium

E

citur

citium in sua integritate, cuius rei gratia in societatem ciuilem coitum est. Vnde non multum proderit (\*) *Klockii* consilium, vt ad rationes ærarii conseruandas territoria oppignorentur potius, quam vendantur. Quæ pignoris nomine semel traduntur raro aut nunquam ad Dominum redeunt. Carolo Burgundiæ Duci inter alias odiorum (\*\*) erga Ludouicum Galliæ Regem causas fuit, quod Ambianum, Abbatis villam, S. quintinum, aliaque a Carolo VII. Rege oppignorata oppida reluisset. Idem Sigismundo & Heluetiis iratus fuit, ob Brisacum & Suntgouiam pignoris nexu solutam (\*\*\*) . Sabaudia Ducis Nicæam † (*Nizza*) Proinciæ Comitibus pignoratam numquam reddere Gallis voluerunt. Superiori sæculo Plombino Carolus Cæsar, Cosmus Medices & Genuenses inhiabant securitatem Italiae, impensarum necessitatem & promptam mutuo dandæ pecuniæ voluntatem ostentantes (††). Senas quoque idem Cosmus eadem creditarum Philippo Regi pecuniarum solertia sibi atque posteris quæsiuit (†††). Pignerolum Galli coacta dein emtione Principi suo extorserunt (\*). Germaniæ nostræ ordinibus ea quæ ipsis olim fuere oppignorata Cæsaris Capitula, in perpetuum confirmarunt (\*\*). Nec quisquam facile adeo simplex, rerumque suarum oblitus deprehenditur, vt tam pronum ad reddenda pignora quemadmodum Iacobus I. Angliæ Rex se ostendat. Hic enim nescio quibus avaritiæ, aut vt Angli loquuntur, imprudentiæ stimulis inductus *Briam, Flisingam* cum *Zeburgo* Walachriæ Castello Barnefeldio negotium hoc sagacissime tractante, Batavis reddidit, ingenti pecuniæ summa, quam illi ab Elisabetha Magnæ Britannia Regina mutuo acceperunt soluta: quo ipso vt Belgis insigne commodum attulit, ita sibi æternum ludibrium atraxit.

(\*) Lib.

(\*) Lib. II. de Aerar. Cap. XLIX. Obseruauit tamen idem, quod nos animaduertimus, in notis & obseruationibus ad Klockium Illustris Pellerus, insamque nobis dedit, ut euoluere *Forfineri* ad Tacitum notas (Lib. XII. cap. XXIX.) in quibus ampla exemplorum huc pertinentium copia inuenitur.

(\*\*) Philippes de Commines dans ses *Memoir. lib. I. chap. I. Ces paroles engendrèrent grand' haine du dit Comte de Charolois au Roy avec ce qu'il n'y auoit gueres, que le Roy auoit racheté les villes de dessus la Riniere de Somme: comme Amiens, Abbeuille, saint Quentin, & autres, baillees par le Roy Charles VII. au Duc Philippes de Bourgogne, par le traité qui fut fait à Arras, pour en iouir par lui & ses hoirs masles, au rachat de quatre cens mille efeus &c.*

(\*\*\*) Idem Commines lib. II. Chap. II. *Te vei aussi venir vers le dit Duc, le Duc Sigismond d' Autriche: qui lui vendit la Comté de Ferrete (assise pres la Comté de Bourgogne) cent mille florins d'or: pour ce qu'il ne la pouuoit pas descendre des Suiffes. Ces deux Seigneurs ne pleurent gueres l'un à l'autre: & depuis se pacifia Le Duc Sigismond avec les Suiffes: & ôta au dit Duc la dite Comté de Ferrete, & rerint son argent (\*) & en aduint des maux infinis au dit Duc de Bourgogne.*

(\*) Nota tamen ex Annalibus Gerardi de Roo Lib. VIII. p. 305, Sigismundum apud Basileenses pecuniæ summam numerare paratum, Caroli Præfæctis ter-guierfantiibus deposuisse, & tum demum cum repugnassent reddere, ditiones pignori datas, vi repetiisse.

(†) Vnde apud Iouium *Hist. Lib. XXXIV, p. 167.* causam inferendi belli hanc præferebat Franciscus, quod Sabaudus Nicæam Prouincia urbem antiquitus à Gallis certa pecunia oppignoratam (\*) eripi nollet, ne oportuna, & maniffima vrbe, que Galliam ab Italia disterneret, exneretur. Rege eam plurimum flagitante, restitutaque pecunia redimere contendente.

(\*) Ita quidem Galli, multique ex Italis. Sed diuersum elucet e diplomate, quod exhibetur a Guichenone dans l'hist. Généalogique de la Royale Maison de Savoye Lib. VI. p. 260. in quo cessa plenissimo iure dicitur Nicæa, non oppignorata, Amadeo VIII. Comiti a Iolantha Ducis Andegauenfis Tutrice & Matre. Quod vero plerique existimauerint, subesse pignus, inde est, quod pro forte certa ex alio capite debita Sabauda ciuitas cum territorio sit relicta.

(††) Vid. Thuanum *Tom. I. Oper. lib. V. p. 139. seq. edit. Aurelian.*

(†††) Thuanus *lib. XLIX, Tom. I, p. 157. Tandem in eas leges conuentum, ut Cosmus ac liberi eius Philippi beneficio Senensem ditionem acciperent, uti eam ipse a Cesare Parente acceperat, exceptis Herculis Portu &c. Et ita ex omne alienum iam Cesari olim a Cosmo commodatum, quam in belli sumtus factum, quod ipsi a Philippo F. debebatur, dissolutum intelligatur.*

(\*) Astutiam Gallorum detexit l' Autheur *de la vie du Cardinal Richelieu Tom. II. p. 28. seq. & p. 53.*

(\*\*) Artic. III. *Capit. Leopold.*

(\*\*\*) Vid. *Mercurie Francois 1616. Memoires de Hollande par du Maurier dans le por trait de Maurice Prince d' Orange.*

§. LX. Sed tempus est, ut nunc tandem ostendamus, quid in pignore inter gentes plerumque transferatur, & an hic contractus legum civilium modulo semper fit, metiendus. Rem ordine proponemus. Quod si de pignore conuenit res est tradenda, & quidem eo modo, qui in rebus corporabilibus tradendis obtinet, ut sic possessio transferatur. Inter priuatos enim fieri potest, & sæpe fit, ut per conuentionem solam sine traditione constituatur hypotheca, & verum ius in re, unde non modo in rem scripta, sed etiam solida in rem actio profluit, auctoritate legis accedente. Neque creditoribus difficile est, rem ipsam pignoratam consequi, ni soluatur debitum, atque sic nexus tollatur. At Principes, Respublicæ, gentes, tali conuentione vix contenti firmiori plerumque vinculo securitati suæ volunt consulunt. Quid si enim soluere nollet is, cui creditum est? Frustra sane adirent Prætores, qui hic non est; frustra hypothecariam instituerent actionem, quæ hic non datur: nisi imperite aliquis excipiat, ad arbitros esse eundum. Fac enim debitorem arbitros spernere, non admittere, aut admissorum sententiam habere flocci? Ergo ad bellum inquis, procedendum est; extorquenda armis hypotheca; nodusque Gordius secandus gladio. Bene inquam, sed quis tantis se ambagibus patia-



patiatur implicari? Cur non statim possessionem rei oppignoratæ aliquis vellet consequi? Cur extorquere demum, militarique apparatu vti, & vulnerata causâ remedium quærere? In ciuitatibus frequens pignorum vsus, & consequendæ rei per actionem manumque iudiciale[m] facilitas hypothecas induxit (\*); in gentibus pignora maxime recepta sunt, vtpote magis certa, firma, atque secura.

(\*) Vid. Huber. *Prælect. ad Instit. de Action. §. XII.*

§. LXI. An vero illa, quam diximus, possessio dominium in re oppignorata inuoluat, an minus, dispiciendum est. Et certe si ex communibus, quæ sequimur in foro hodie Iuris Romani principiis res decidenda foret, nemo non videt, dominium manere penes debitorem, ita vt nec creditori proficit ad vtendum, siquidem res mobilis sit, & quæ vtendo consumatur; furrique eum obliget (\*), si præter contractus fidem, vtendi & fruendi facultatem sibi veller arrogare. Sin autem prædium esset, fundus vel alia res fructifera, non prohibetur quidem creditor, ob pactum antichreseos præsumtum, emolumenta inde nascentia in vsus suos conuertere (\*\*). dummodo sibi dictum puret, fructus vel in vsuras vel in sortem imputari debere, nec dolum modo, sed culpam etiam leuem (\*\*\*) , circa custodiam a se præstandam esse: casus autem fortuitos ad debitorem spectare. Adde debitorem rem pignoratam in tertium translata[m] vindicare posse. Quæ omnia aliter se haberent, & habere deberent, si creditor plenus efficeretur dominus, & in re sua versaretur. Quam enim culpam præstaret dominus, qui vti & abuti re sua potest? Cur disputandum de casu, quem nunquam non sentit dominus? Cur rei vindicatio competeret, si dominium foret translata[m]? Nec mouet, dominum esse, qui a quouis consequi pignus suum, & persequi, vbicumque inuenit, possit, & vendendi ac diffrahendi libertatem habeat,

siue ab initio siue postea siue etiam de hoc non conuenerit (†). Non enim sequitur: Ius in rem habet, ergo dominus est, si fundus pignoratius uenierit, manet causa pignoris, quia eum sua causa fundus transit (††). Ergo creditor proprietatem rei pignori datae nactus est. Diuersa sunt ius habere in re, & esse dominum. Alterum etsi speciosius sit, non euincit tamen dominum. Nam si conuenerit ita cum debitore, debitor ipse magis uidetur alienare, si nihil conuenerit, sed ipsi tamen antea est denunciatum, immo etiam si pactus sit, ne alienare liceat; & prius tamen ter, uti olim, ei denunciatum est, ut solueret, atque is cessauerit, tacite sane consensisse uidetur †††. Quod laudabiliter omnino constitutum est, quia alias scopus pignorationis, qui est ut creditori satisfiat penitus cessaret, si deficiente solutione pignus numquam liceret vendere. (o)

(\*) Vid. l. 54. ff. de furtis. §. 6. Inst. de Oblig. ex delict.

(\*\*) l. 3. C. de pignorat. act.

(\*\*\*) l. 5. §. 2. ff. commod. vel contr.

(†) l. 4. ff. de pign. act.

(††) l. 18. §. 2. de pign. act.

(†††) Immo etiam eius nomine res alienata censetur. Vnde nec ad euictionem teneri creditorem certi iuris est. l. 10. de distr. pign.

(o) Vid. Hub. prælect. ad Instit. quib. alienare lic. vel non p. 189.

§. LXII. At iure XII. Tabularum plus quam possessionem, immo temporarium dominium fuisse translatum, inquiruntibus patet. Notus erat apud Romanos fiducia contractus, realis, bonæ fidei, accessorius, quo creditori a debitore res statim ab initio mancipabatur, & in iure cedebatur, ut eam tam diu haberet, donec debito certo die soluto remanciparetur, aut debito non soluto, sine præuia denunciatione alii venderetur (\*).

(\*) Vid. Felici: Spizii ICti apud Altdorffinos accuratissimi tract. de Oppignorat. iur. part. II. cap. IV. §. 2.

§. LXIII. Fiduciarium autem dicitur omne, quod sub lege redimendi, redhibendique alteri concessum. Error enim virorum clarissimorum est, cum fiduciam inde ductam putant, quasi creditor inde fiduciam capiat recipiendæ pecuniæ suæ, seu debiti recuperandi: quod dilutum omnino, est (\*). Generalior significatio, e Nabarzanis ad Darium sermone apud Curtium (\*\*), liquet: *Auspicium inquit & imperium alii trade interim, qui tamdiu Rex appelletur, donec Asia decedat hostis. Victor deinde tibi reddet hic.* Et paulo post: *Compositis rebus, iusto Regi tibi fiduciarium restituet imperium.* Eadem ratione fiduciarium heres dictus, fiduciarium tutor (\*\*\*), fiduciarium pater (†): quomodo & eum, cui res mancipata, aut in iure cessa est, fiduciarium creditorem possis appellare. An detur fiduciarium feudum postea videbimus.

(\*) Vid. Iac. Gothofredus ad Tit. C. Theod. de Commissoria Resc. p. m. 254.

(\*\*) Lib. V. cap. X.

(\*\*\*) L. 4. ff. de Legit. Tutor.

(†) L. 2. §. 15. ad SC. Tertull.

§. LXIV. Realem hunc vocauimus contractum, quod re perficiatur, & non nisi re in securitatem creditori data constituatur. Vnde etiam fuit esse eum accessorium non tantum, quod pignoris species sit, sed quod mutuo aliisque negotiis, ubi cautio desideratur, frequentissime accesserit. Bonam fidem vero ipsa eius natura satis indicat, ac formula fiducia a Cicerone (\*) allegata: *inter bonos bene agier oportet.*

(\*) Lib. VII. Epist. ad Trebatium: *Sed quonam modo ius civile defendes, cum omnia causa tua facias, non ciuium? Vbi porro erit illa formula FIDUCIAE? ut inter bonos bene agier oportet? Quis enim est bonus, qui facit nihil, nisi sua causa? Adde locum ex Oratione pro Roscio edit. Freig. p. 146. Si qua enim sunt priuata iudicia summa existimationis, &*  
pene

pene dicam captis, tria haec sunt, FIDUCIAE, tutele, societatis. Aequè enim perfidiosum & nefarium est, fidem frangere, quod continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit, & socium fallere, qui se in negotio coniunxit. Et in Topicis: Si fidem prestare tutor debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator.

§. LXV. Mancipationem & remancipationem locum habuisse, in hoc contractu sunt qui negant; Petrus Pithæus ad *Collat. Leg. Mosaic. Tit. II.* plurimum hic hæsit contra expressa Pauli (†), Isidori (††), Boethii (†††) verba, quem cæco inperu sedecim circa fiduciam errores errans *Salmasius* (\*) est secutus.

(†) II. Sent. XIII. §. 3. Debitor creditori fiduciam vendere non potest: sed aliis si velit vendere, potest, ita ut ex pretio eiusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem emptori præbet.

(††) Lib. V. Orig. cap. 25. Fiducia dicebatur, cum res aliqua sumende pecunie mutue gratia vel mancipabatur, vel in iure cedebatur.

(†††) In 4. Comment. Top. Cic. p. 819. Fiduciam accipit, cuiusque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet: veluti si quis temporis dubium timens, amico potenti fundum mancipat, ut ei cum tempore quod suspectum est præterierit, reddat. Hac mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponatur.

\* ) Tract. de Mod. usur. p. 597. Quod exinde prouenit, quod vir Cl. fiduciam cum pignore & hypotheca vulgari simplici coincidere crediderit. Sedecies autem eum circa fiduciam errasse, præclare ostendit Iac. Gothofredus Ictus summus ad l. l. C. Theod. de commissoria rescindenda p. 257.

§. LXVI. Mancipatio autem quid fuerit, & in iure cessio optime ex *Vlpiani fragmentis* explicat *Huberus*, (†) Illa videlicet erat alienatio certarum rerum, quæ mancipi dicebantur (\*), conceptis verbis libripende, & adhibitis quinque testibus facta (\*\*), qui ritus aliter Nexus dicebatur. Hæc fuit alienatio rerum tam mancipi, quam nec mancipi facta cessione ne domini (\*\*\*), vindicatione accipientis, additione Prætoris,

! (\*) Præ-

(†) Prælect. ad *Instit.* de R. D. p. 110.

(\*) Quæ istæ fuerint ostendit *Vlpianus* Tit. XIX. nec aliter alienatæ censentur, nisi aut in iure cessæ, aut alteri traditæ essent nexu per mancipationem. Occurrit apud *Suetonium* in *Othone* cap. IV. exemplum: *Cuiusdam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter solum agrum redemit EMANCIPAVITQUE.*

(\*\*) Is qui mancipio accepit æs tenens ita dixit: *Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi emtus est hoc ære, æneaque libra.* Deinde ære percussit libram, indeque æs dedit ei, a quo mancipio accepit, quasi pretii loco. Seruavit hanc formulam ex *Caii Institut.* Lib. I. (rectius legit *Oiselius* II. in not. ad h. l. p. 42.) *Boethius* in *Lib. III. Topic. Cicer.*

(\*\*\*) Dabo integrum *Vlpiani* locum Tit. XIX. *In iure cessio communis alienatio est, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ sit per tres personas in iure cedentes, vindicantes, addicentes. In iure cedit dominus, vindicatur is cui ceditur, addicit Prætor.* Quæ formulæ videantur adhibitæ *Jacobus Oiselius* in not. ad *Caii Institut.* Lib. II, tit. 2. p. 45. seqq. coniecturat. Pudentus est *Salmasii* error, qui cum apud *Isidorum* legeret fiduciam transferri in iure, cessione, de cessione bonorum accepit, quæ a miseris debitoribus & decoctoribus in iure fiebat. Cessio autem apud *Isidorum* est modus transferendi dominii.

§. LXVII. In hoc fiduciæ contractu dominium fuisse translatum saniores facile concedunt; tamque clare probavit *Strauchius* (†), ut noctem in oculis circumferat, qui non agnouerit. *Salmasii* & *Mæstertii* rationes non sunt tanti, ut propterea sententia, quam e *Paulo*, *Isidoro* & *Boethio* adstruximus, sit mutanda. Hinc enim istæ conclusiones profluerunt. Creditori fiduciam vendi non posse (\*): quia videlicet in eius dominio iam esset: cum contra in pignore simplici id potuerit fieri. Creditorem fiduciam seu rem fiduciæ datam vni ex hæredibus(\*\*) vel extraneo legare potuisse, debitorem vero extraneo vendere non valuisse, nisi prius remancipasset creditor: item seruis legatis fiduciæ datos non comprehendi, quia hi in alterius dominio sunt(\*\*\*).

F

(†) Dif.

(†) Dissert. de Oppignorat. Imper.

(\*) Paulus II. Sent. XIII. §. 3.

(\*\*) Paul. l. c. §. 6.

(\*\*\*) Paul. l. c. §. 3. Nec obstat, fiduciarium creditorem, si rem fiducia-  
tam fecerit meliorem, ob ea recuperanda quæ impendit, iudicio fidu-  
ciae debitorem habuisse obnoxium: Quod tamen negandum foret, si  
creditor fiduciae dominus esset, & mancipio haberet. Sed facile hoc  
fulmen auertitur. Nam *creditor quidem dominus est fiducia, sed non  
proprie perfecte, & incommutabiliter, utpote dominio translato, et non  
est ab alienato prorsus, ut proinde huc iuris regulari possit, non vide-  
ri id cuiusquam proprie & perfecte esse, quod ei casu aliquo auferri pot-  
est* verba sunt Iacobi Gothofredi l. cit. Eadem ratio est, quod dolum  
& culpam præstare tenebatur creditor ut auctor *Collationis Legum Mo-  
saicarum & Romanarum tit. X. e. Modestino probauit. Sicut enim ma-  
ritus, inquit Wissenbachius in Vindic. Thes. de Mutuo p. m. 489. domi-  
nus dotis præstat dolum & culpam, ita creditor in pignore illo fiduciario  
virumque præstabat, quoniam dominium virobique transfertur reuo-  
cabile.*

§. LXVIII. Maximi adhuc momenti quaestio est, an fidu-  
ciae contractus cum lege commissoria idem fuerit. Impe-  
gerunt hic famigeratissimi Icti. Ipse Cuiacius (†) celsipita-  
uit; Bachovius lapsus est; Huberus (††) dormitauit; non recte  
attendentes, non distinguentes accurate. Non enim hæc  
in fiducia lex erat, ut si ad diem debitor pecuniam non solue-  
ret, iam tum creditor eam retineret, quantumvis ea pretii  
esset, verum ut iure suo sine vlla denunciatione fiduciam  
vendere posset (\*), quod in simplici pignore non obtinebat,  
utpote in quo denunciatione opus erat. Ratio quæ claris-  
simos viros in errorem coniecit hæc forte fuit. Vide-  
bant illi fiduciam quoque sub lege commissoria potuisse da-  
ri (\*\*): Ergo non sine præcipitancia concluderunt, in fi-  
ducia erat semper lex commissoria (\*\*\*) : Si animadu-  
erissent, quandoque fuisse additam, nulla enata confusio  
fu-

fuisse; sed facile ex hac etiam additione licuisset inferre, fiduciam a lege commissoria esse aliam. Quod enim adiicitur & additur contractui, diuersum omnino est ab ipsa natura contractus.

(†) Ad Paul. Lib. II. Sent. tit. XIII.

(††) Eunom. Rom. p. 732.

(\*) Vid. Paul. Lib. II. sent. tit. XIII. §. 5.

(\*\*) Hoc Cicero eos docuit pro *L. Flacco* cap. 22. *Is abduxisti*, inquit, *Tomno Apollonidem pecuniam adolescenti grandi sanore, fiducia tamen accepta occupauisti: hanc fiduciam commissam tibi dicis, tenes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi venire ad testimonium dicendum coegisti.*

(\*\*\*) Frustra igitur Bachonius exagitat Antonium Fabrum tract. de Pignori-rib. Lib. I. cap. XV. homo sui interdum oblitus, cum aduersarios, quos ipse querebat vrgeret, refutaretque. Ipse sapius eas quas alibi defendit oppiniones ob hoc solum mutauit; vt tanto petulantius insultare Fabro posset ICto longe doctissimo, contradicere sibi malens, quam cauillandi & litigandi ansam prætermittere.

§. LXIX. Vehementer etiam confligitur, an fiducia emtio venditio sit sub pacto reuendendi. Quod quamplurimis complacuit. *Guilielmus Budæus* (†) in hac opinione est; quem *Tiraquellus* (\*) & *Wissenbachius* (\*\*) sequuntur. Addit *Schilkerus* vir celeberrimus in notis ad cap. IV. de *Iure Obsidum* Ioannem *Corasium* (\*\*\*), sed vereor valde, vt hoc ita se habeat. Non enim hic ait, fiduciam esse pactum retrouendendi, sed magnam solum eiusdem cognationem videri cum imaginaria venditione, quam hodie sub redimendi, redhibendique lege facimus. Quod etiam verum est. Sed in hoc tamen maxime differt, quod fructus creditor lucretur, in ista emtionis & venditionis specie, in fiducia non item, quod ex Paul. sent. Lib. II. tit. XIII. nimis luculenter patet (††).

(†) In annot. ad ff.

(\*) ad Præf. de Retract. Conuent. fin.

(\*\*) ad leg. 2. C. de pact. int. empt.

(\*\*\*) Miscell. lib. VI. cap. IX. n. 5.

†† *Quidquid creditor per fiduciarium seruum quasuit sortem debiti minuit.*

§. LXX. Ex quo tamen non licet inferre fiduciam conuenire cum pacto antichreseos. Nam in pignore cum pacto antichrefico dominium transferri nemo dixerit: quod fit in fiducia. Deinde illa antichresis demum facit, ut fructus possim percipere, quod in fiducia statim licitum est, licet & hic fructus in sortem imputentur: quod ante fuit ostensum.

§. LXXI. Neque tandem fiduciæ species continetur in l. 16. §. ult. ff. de pign. cum videlicet ita pignoris vel hypothecæ obligatio vel datio facta est, ut si intra certum tempus non sit soluta pecunia, iure emtionis possideat (creditor) rem iusto pretio tum æstimandam. Duo hic errores a Doctoribus committuntur. Primo enim existimarunt, pactum commissorium tacite inesse huic speciei (\*), quod falsum est. In commissorio enim res debitoris simpliciter committitur, & creditori simpliciter relinquitur; in hoc non item, sed conditionalis venditio est, quanti res iusto pretio suo die æstimabitur: *Daß das Pfand nach verlauffener Jahres Frist dem Gläubiger vor Marktgängigen Preis solle verfallen seyn*; quo casu quantum æstimatio pignoris mutuuum excedit, tantum refundendum debitori (\*\*); nec etiam concedi solet creditori retentio pignoris iuste æstimati, si alius pro eodem pignore plus offerat (\*\*\*) . Secundus error emerit e primo. Dum enim hoc pactum temere commiscuerunt cum lege commissoria, & commissoriam cum fiducia, factum est, ut novæ nugæ disseminarentur, nouique paralogismi enascerentur.

(\*) Quod factum est a Carpzonio eum turba forensi, sed quem recte deseruerunt Ioannes Philippi in Eclog. p. 356. n. 13. & Illustr. Stryckius in Cautelis Contract. Sect. II. cap. IV. §. 38.

(\*\*)



(\*\*) L. 16. ff. de pignor.

(\*\*) Meuius part. I. Decif. 21.

§. LXXII. Similis error obrepfit circa speciem in leg. I. C. de pact. pignor. qua id agitur, vt nisi intra certum tempus pecuniam, quam mutuam accepit, soluerit, cedatur creditoribus hypothecæ venditio. Hanc ipsissimam legem commissoriam voluerunt *Carpzonius* (\*), & *Richterius* (\*\*); sed male. Neque enim hoc pacto res debitoris creditori committitur, ac acquiritur; verum id tantum exprimitur cedendi verbo vt ipse hypothecam seu pignus vendere sine denunciatione possit. In quo etiam cum fiducia conuenit; in ceteris toto cælo differt, maxime quod non transferatur dominium, cuius translationem in fiducia fuisse factam, notissimi iuris est; & a nobis supra demonstratum.

(\*) Lib. V. Respons. 12. n. 18.

(\*\*) Ad hanc leg. n 5.

§. LXXIII. Quod tam prolixè hæc deduxerimus, in causa fuit, non antiquitatum Romanarum immodicus amor, non fabularum antiquarum, quas ita vocant, nimia æstimatio, sed quod existimamus pignora iuris Germanici, & inter gentes quamplurimas constitui solita cum Romanorum fiducia fere conuenire, aut originem inde ducere; eamque fiduciam ne apud Romanos quidem fuisse prorsus abrogatam, moribus semel apud nos vero in troductam, partim adhuc obtinere, aut obtinere etiam posse. Nos non primi sumus, qui hoc affirmamus. Idem iam præclare obseruatum a *Strauchio* est, animaduersum a *Spizio*, tentatum ab aliis, ii vero quibus nulla in his attentio est, multa incongrua admittentes pluribus erroribus se aliosque involuerunt. Namque a vero alienum est, *Constantianum* abrogata in pignoribus lege commissoria aboluisse etiam fiduciam: Aberratio inde venit, quod confunderent legem commissoriam cum pignore, quod merito ante sustulimus, refutauimusque. Lex 9. Cod. Theod. de in-

*firm. his que sub Tyrann. ab Arcadio & Honorio lata clarissime eos conuincere potuisset, si tantum sibi otii relictum credidissent, ut legerent & inspicerent, quam propterea dubitantium oculis censemus subiiciendam, quatenus huc pertinet. Valeat, inquit Imperatores, in integrum restitutionis petitum auxilium; valeat vindicatio, identidem desiderata tribuatur. Locatio & conductio iniuolabilem obtineant firmitatem, interdicti beneficia tempora infausta non mutilent, postulata inofficiosi actio, & immodicarum donationum rescisio petita seruetur: beneficia transeant non titubent; sacramento terminata permancant, pignoris atque FIDUCIÆ obligatio perseueret. Addi possent loca Ambrosii & Sidorii Apollinaris, qui post Constantinum florentes fiduciæ mentionem iniecerunt. Quod vero in Pandectas & Codicem nihil a Triboniano sacri Palatii Exquæstore relatum est, id non ea ratione factum, quod Constantinus iam sustulerit, aut fiduciæ contractæ odium atque asperitas esset, sed quod Iustinianus differentiam rerum mancipi & nec mancipi cum usu mancipationum aboluerit, recte hoc adnotante Iacobo Gothofredo inter ICros τὰ πάλιν.*

§. LXXIV. Ex quo tamen minus recte aliquis inferret, hunc contractum a Iustiniano fuisse sublatum; quo inclinare videtur Schilterus in dissert. de Iure retrouendendi Praxi Analyticæ adiecta: Ritus fuere sublatis, & antiqui dominium transferendi modi; Res ipsa mansit, aut durare sine periculo potuit. Sed fac ita & finge, Iustinianum abrogasse omnem fiduciam, Teutones, Gothi, Longobardi, Franci, Vandali, Alemanni, Saxones aut ipsi, quia non iniqua est habuerunt, aut recipere tamen eam intra reipublicæ suæ iudicia potuerunt, propagare ad posteros, retinere, cum nihil asperi foueat, nihilque iniqui. Si quæras quomodo, hoc cape (†). Prouinciis Romanis ab his gentibus occupatis ius tamen Romanum secundum Codicem Theodosianum a Prouincialibus fuit obser-

obseruatum. Vnicus Gregorii Turonensis Episcopi locus Lib. IV. cap. 41. ad hoc ostendendum sufficit. *De Andarcho, ait bene institutus emicuit. Nam de operibus Vigilii (Virgilii) Legis Theodosianæ libris, arteque calculi ad plene eruditus est.* Id factum sub Regno Sigeberti Regis Francorum, post Iustinianum Imperatorem, de quo capite XXX. egerat. Antelustiniani tempora Ostrogotos in Italia, & Vandalos in Africa legibus Theodosianis fuisse vfos erudite probauit laudarus Gothofredus in *Prolegomenis* ad Cod. Theodol. cap. 3. Visigothos Breviarium Codicis Theodosiani ab Alarico confectum, eiusque interpretationes tenuisse per Gallias & Hispanias late propagasse idem vir doctus docuit cap. 5. Burgundionibus eandem rationem constituisse initium legum Gundebaldi indicat. Francos vero Romanis seu Theodosianis legibus locum reliquisse, partim ex Gregorio Turonensi, partim ex denominatione constat, qua se Principes & Romanæ terræ Imperatores dixerunt, apud Andream du Chesne (de Quercu) Tom. I. Hist. Francicæ: quæ non *Clodouai* tantum, sed & *Chilodericii* II. ætate adhuc perdurauit. Nec Longobardos etiam leges Romanas sustulisse *Luitprandi* Regis lege significatur, quæ exstat lib. 1. *Cod. Longobard.* Tit. XXIX. leg. II. *De scribis hoc prospeximus, ut qui chartam scripserit, siue ad legem Longobardorum, quæ aptissima & sane omnibus nota est, siue ad legem Romanorum non aliter faciant, nisi quomodo in ipsis legibus continetur. Nam contra legem Romanorum aut Longobardorum non scribant &c.*

(†) Loquor ad eorum mentem, qui aliquid Romani Germanicarum gentium moribus fuisse immixtum contendunt.

(\*) Adde *Conring. de orig. iur. Germ. cap. XI. p. 48.*

§. LXXV. Quid igitur mirum, si populi Germanici plerique, immo etiam Europa fere tota fiduciæ Romanæ vestigia ostendant. De Longobardis res clara est, qui Saxonica originis fuerunt, e Volum. II. Legum Longobardica-

runt.

rum. *Si quis res suas alii thingauerit* (i. e. donauerit) & *dixerit in isto thing* (donatione) *lidolaip* (i. e. dono tibi omnia bona mea, sed ea tenebo, quamdiu vixero, vt interpretatur glossator) *qui in die obitus sui reliquerit, non dispergat ipsas res nec ipse postea dolo animo fruatur, nisi cum ratione.* Et si talis euenerit necessitas, vt terram cum mancipiis **VENDERE ET LOCO PIGNORIS** ponere debeat, illi prius dicat, cui thingauerit &c. tunc si nolit illi subuenire, quod alii dederit, sit illi stabile & firmum, qui acceperit. De Gallia sua hæc habet Budæus (\*): Hoc contractum hodie quidam vtuntur, qui vectigalia certe summe in fundis & possessionibus comparant, quas rentas vocant, quasi redditus. Quod vt conditione meliore faciant, fundos mancipari sibi iubent, tamdiu fruendos, donec vectigalia & pensiones redimant. Apud Saxones vero textus non obscurus est in art. XXIV. iuris prouincialis lib. II. Ein teglich Mann mag seines Guts mit Recht wohl onig und los werde / als ob er es verkaufft / versetzt / oder außlässt. Referunt etiam huc artic. LX. libri eiusdem: Welch Mann einen andern leihet / oder setzt ein Pferd / Kleid / oder andere fahrende Haab / zu welcher weis er die aus seinen Geweren lässt mit seinen Willen und verkaufft sie der / der sie in Geweren hat / oder versetzt er sie / oder verspielt er sie / oder aber wird ihm verstohlen / oder abgeraubet / der ein mag da kein Forderung an haben / ohn uf dem / dem er es liehe oder versagte. Vsum huius contractus etiam ad prouincias Saxonibus non subiectas se extendisse e textu iuris Sueuici (\*\*) euincitur: Welch Mann ein Pferd oder ein Gewant / oder ander fahrendes Gut setzt oder leihet mit seinem Willen / so hat jener Recht dran / in des Gewalt es kömt,

(\*) annot. ad ff. fol. 19.

(\*\*) Land R. cap. 226.

§. LXXVI. Difficultates hic quasdam necit vir clarissimus Ioannes Schilterus in *Exercitationibus ad Pandectas*, quam-

quamvis alibi in nostram fere sententiam descenderit. In illis putat naturam pignoris & commodati in Germanis nostris eam non fuisse, ut dominium in commodatarium aut creditorem transferretur, sed peculiari pacto hoc demum fuisse adiectum: incertus adeo, quo pedem ferat, quidue amplectatur: In dissertatione autem *de Iure Obsidum*, & in notis præcipue ad cap. IV. de fiducia sermonem iniiciens ita ratiocinatur: *Quod ius (fiduciæ) quum & Saxonibus placuerit, videmus eos non minus prudentiæ Legislatoriæ habuisse, quam Romanos veteres, nec Saxeos propterea esse, quod eadem etiam potestate usi fuerint.* Quibus si institisset, dubium sane non est, quin clarius omnia, & accuratius forent connexa & deducta. At nunc ille pactum aliquod peculiare ponit, quod non omnibus apparet, textus citat, interpretatur, & ad ea, quæ sibi obici possunt respondet, seu potius respondere conatur. Causa quæ iureconsultum summum commouit, ut ira statueret, forte hæc fuit. Vidit ille & creditorem & commodatarium (nam & de hoc apud Saxones quæstio est) a doli & culpæ præstatione non fuisse immunes; occurrunt enim leges non pauca, in quibus damni refugio creditoribus vel commodatariis adiudicatur, quibus negligentia vel doli macula adhærebat. Ibi verò sic argumentabatur, si domini fuissent, ad hæc præstanda obligari non quivissent. Sed vereor ut hoc concludat. Neque enim adeo absolum est, ut is qui dominus fiduciarius seu temporarius est relarciar damna data, data non sine sua culpa, data sæpe ex *πεποιθέσι*. Quo ipso creditoris dominio nihil præiudicii inminet. Supra diximus, maritum esse dominum; & tamen ab eo exigì diligentiam & bonam voluntatem.

§. LXXXVII. Quam distinctionem inter dominium temporarium & perfectum non observasse satis videtur Senex optimus. Manifestum id est e §. V. *Exercit. XXV. de commodat.*

to ad ff. vbi hunc textum iuris Saxonici allegatum videmus; Wer einen andern leihet sein Pferd oder Kleider zu bescheidenen Tagen/hält er sie dar über/und wird darum beklagt/er muß es zu hand wieder geben un bessern/ob er es gearget hat. Inde probat dominium rerum commodatarum remansisse penes commodantem; quod persecutionem & vindicationem non amisisset. Quod idem est, ac si quis argumentari vellet, maritum non fuisse fundi dotalis dominum, quia eum vxor ab eius hæredibus recuperare, aut vxoris hæredes a marito possunt reperere. Dominium ad tempus transfisse censendum est, quod cum fuerit elapsum, repetitio non potest non locum habere.

§. LXXVIII. Nec minus tallitur dum rei vindicationem contra tertium competiisse e sequentibus verbis elicit: Unterwinden mag sich auch wohl ein Mann seines Guts/ (wo er es sieht) mit Recht/daß man ihm mit Unrecht vorhält über bescheiden Zeit. Rectius glossator: Er mag es bekümmern und auch darauß klagen; vtputa si in alium non fuit translata, apud alium tamen e. g. heredes sit reposita (\*). Reliqua quæ adduntur ex *Lib. II. art. 32. §. 3. de diuersissimo casu* loquuntur; quem indicat idem Glossator ad *lib. II. art. 36.*

(\*) Huc pertinet, quod est in art. LX. lib. II. Stirbt iener (Commodatarius) rechtes oder unrechtes Todes/ so ziehe er (commodans) sich zu seinen Gute gegen den Erben mit Recht/ oder gegen den Richter / ob es an ihn gebürthe.

§. LXXIX. Sed age considerabimus tandem, qua ratione idem Illustris auctor pactum quod pignori adijci solitum fuerit producat, educatue. Dabimus integra verba, vt tanto certius de eius mente constet ac sententia, quam fingere non est nostrum. Ita vero ille interpretatur & παγα-  
*Qd. 2. art. 60. lib. II. Spec. Saxon.* *Welch Mann einen andern Manne leihet oder setzt ein Pferd oder Kleid oder andere sährende Habe / hactenus exprimitur contractus ipse commodati*  
 (pigno-

(pignoris) cuius natura per se eadem est, quam iure Romano habemus, nec regulariter ex sua potestate concedit rem commodans, **ziti** welcher weis er die aus seinen Gewehren lasset mit jenes (recipientis, commodatarii, creditoris) Willen: En pactum adiectum commodato, vt possessio & dominium reuocabile transeat in commodatarium, vt commodans de periculo tanto securior sit interea. Und verkaufft sie der/der sie in gewehren hat/comodatarius & possessor ex pacto, oder versezt er sie / oder verspielt er sie/ oder wird sie ihm verstothen oder abgeraubt / jener commodans, der sie verliessen oder versezt hat / der mag da keine Forderung an haben, ohn auf den der sie verleiht oder versezte. Ratio est in promptu, non ex natura commodati, sed ex pacto peculiari, quod vti mutuo & pignori, ita etiam commodato adiecti consuevit: priori autem accedens est pactum retrouenditionis, & transformat pignoris contractum in emtionem venditionem temporariam: posteriori in innominatum &c.

§. LXXX. Audiuiſti Lector magni nominis Virum; nunc me etiam, si lubet, eadem beneuolentia percipe.

*Sape etiam est olitor valde opportuna locutus.*

Robur omne in verbis: mit jenes Willen ponitur. In his illud celebre pactum latet, aut latere debet, quod nec glossa, nec Latinus interpres, nec Compiler Speculi Sueuici animaduertit, nec tu nisi aliquis suam paraphrasin infarciat, animaduertes. Quis dixit Schiltero mutanda esse verba mit seinen Willen / in jenes Willen? Vnde hæc ei corrigendi emendandique facultas concessa? Necessario, inquis, mutat, qui sensum incommodum & absurdum vult euitare. An quis pignus etiam dare & commodare sine suo consentu poterit? At ego te rogo, quis vniquam aliquid accipit sine suo consentu? cui traditur, cui mancipatur res sine sua voluntate? Ea meis Germanis recepta formula fuit: Eam Sue-

Suevus, eam Statutorum Hamburgensium conditor retinet: eam in aliis legibus positam quam sæpissime reperimus (††). Dabo infra locum (\*); in quo vocem *voluntarie* ad creditorem non nisi obstinatissimi ingenii homo potest referre. Sed vrget ista: Zu welcher Weis er die aus seinen Gewehren läffet. Possem dicere, hæc Suevum non habere (\*\*); quemadmodum Schilterus contendit zu welcher Weis in MSt. non inueniri. At nolo retorquere. Suppleat e Saxone Suevum, mutilum declaret textum; erit tamen sic quoque res salua. Aio igitur aus seine n Gewehren lassen/significare translationem possessionis, quæ in quocumque pignore necessaria est, etiam in eo, ubi dominium non transit. (\*\*\*) Hoc fit, inuita sane Minerua exsculptur pactum de transferendo dominio: quod cum naturæ pignoris Germanici inist, peculiari pacto, vt transferatur necesse non est. Aliter Latinus Interpres (††), nec is tamen pro *Schiltero*, cum de omni genere alienationum hoc quidquid est, capiat. Vnde vir doctus auf welche Weis censet extirpandum: ne pacto suo noceat; quod adiectum pignori ab eo creditur. Ita scilicet urimus, secamus, cædimus, si quid sententiæ & opinionioni nostræ contrarium deprehendatur. Auribus nostris fateor hoc durum est, commodatarium & creditorem oppignoratum esse dominum, auribus inquam nostris, qui iuris Romani scrinia excutimus, eiusque delicias sectamur. Ergo in forum patrum descendentibus aliter animus auresque consuefaciendæ sunt.

(††) Videtur formula mit seinem Willen expressisse, quod hodie dicimus mit guten und wohlbedachtem Rath.

(\*) Lex Alemannica hæc est cap. 86. §. 2. *Si dominus voluntarie pignus dederit pro aliqua re alicui, & illud pignus quod datum est, ibi aliquod damnum fecerit, dominus qui dedit damnum quod factum est, simile ei restituat.* Nec inde tamen recte concludes, dominium manere penes debi-



debtorem. Casus est de pignore dato, in quo iam corruptionis quoddam semen fuit; quod nihil novi est aut peregrini. Nam si animal ægrum traditum, pone rem vitiosam, tibi esse venditam, debet interdum redhibere, debet venditor præstare æstimationem, sed quis dixerit in re vendita non transiisse dominium? Idem de re vitiosa pignori obligata teneas.

(\*\*) Lego cap. 226. hæc verba: *Welch Mann ein Pferd oder ein Gewand/oder ander fahrendes Gut segt oder leihet / mit seinen Willen/ so hat jener Recht daran in des Gewalt es fßimmt. Contra Schilterum retorsio procederet, quippe qui ius Suevicum Saxonico putat antiquius.*

(\*\*) Geweyhen est proprie possessionem dare, præstare, vid. Land-N. lib. I. art. 45. & 9. vid. ipsum Schilt. *de Iure Obsid. cap. IV. in notis.*

(†) *Qui alii equum vestimenta vel aliquid mobile concesserit, obligaveritque, aut quoquo modo res ab eius potestate (cum consensu suo) alienetur &c.*

§. LXXXI. Neque hoc ius ira iniquum est, ut videri primo obtutu possit. Erat hoc in commodantis & creditoris securitatem constitutum. Penes eum nullum periculum erat. Aut enim res incorrupta (\*) restituenda fuit, aut dandum pretium æquivalens, ni exstaret amplius; nulla fere exceptione admissa. Nec pungit, quod Antonius Matthæi Paræm. VII, n. 7. urget: *Iam contractus inquit, generi humano utilissimos tollet quodammodo e medio, qui hunc rigorem sequi volet: quis commodare amico, si tanti constet, alteri beneficium dedisse? His de causis Saxones, qui Electori parent, recte hunc rigorem repudiasse putō. Ego non disputabo an poruerint tollere Saxones, & abrogare istos mores. Saltem rigorem non agnosco. Habuit commodans commodum, habuit incommodum. Habet & apud nos hodie. Periculum & casus penes eum est. Quod de amicitia additur non stringit. Cautus esse debuit commodans in credendo, dando, commodando. Seligere, probare, inquirere in amicos debuit. Propriæ imprudentiæ imputandum erat, cuius credidisse, quem non cognoveris satis, non sis experius probe (\*\*). Neque hæc tamen a *Mattheo* obiecta Schilte-*

ro patrocinantur: In effectu idem est; siue ex natura commodati dominium abeat; siue pacto adiecto euanescat. In pignore res magis clara est. Natura eius hoc exigit, vt creditor crediti sui sit securus, At num securus redditur rei dominio in se translato? immo hoc magis ei cautum est. Plus enim cautionis in re propria est, eiusque dominio, quam detentione rei alienæ. Quid est ergo quod dominium in re reuocabile præsertim, pignori aut æquitati repugnet?

(\*) Refer huc Land: R. Lib. V. art. 5. Was man aber dem Manne zu gebrauchen leihet / das soll er unverderbet wieder bringen / dem der es ihm leihet / oder soll es nach seinen Würden gelten.

(\*\*) Inde est in Iure Lubecensi Lib. III. tit. II. art. 2. Ein ieglicher sehe wohl zu / wem er das seine ausleihe und vertraue zc.

§. LXXXII. Quibus in tuto positis collocatisque, non est certe, quod de conclusionibus quam multis valde sumus solliciti. Intelligimus iam clarissime, cur contra tertium non data fuerit actio debitori realis, ad res pignori datas recuperandas. Capimus exacte parcemiam & apud Hamburgenses & Lubecenses vsitatam: *Hand mus* *Hand wahren*. Ius enim Lubecense ex veteri Sufatensium aut Saxonum iure profluxit (\*). Torst se Meuius, vt æquitatem & vtilitatem istius consuetudinis defenderet, existimauitque tandem eam fuisse propterea admissam; ne ylla commerciis remora iniiceretur. Bene! si hoc intelligatur de causa ac ratione, cur recentioribus temporibus fuerit retenta, & alibi etiam introducta. Olim commerciorum fama in patria rara (\*\*). Vnde prioribus a me adlatis rationibus potius insisterem: Simile prouerbium Sueci habent, *Hand skal Hand sölgia* laudatum a Loccenio (\*\*\*) , indicatum etiam a sagacissimo Hertio (†). Quod deinde, vt credo commerciorum vtilitate magis est defensum, Non imprudenter Ludouicus Guicciardinus in Belgii

gii descriptione de Antwerpia : Quo caute inquit , & circum-  
specte procedatur in bonorum stabilium emtionibus optima sunt , &  
compendiosissima quedam consuetudines : ita quidem vt ipsi emtores  
prestis prius de iure prestandis intra decimum quintum , vel vt lon-  
gum sit , decimum sextum mensem , fiant rerum emtarum securi , nec  
ullo inposterum tempore concedatur in eas euictio , vel quid aliud tale .  
Atque hæc quidem leges efficiunt , vt & venditor statim reperiat rei sue  
emtorem , & emtori legitime cautum sit : nec requirantur vt in aliis  
aliquot locis pro re vendita , fideiussores . Videtur itaque & hoc  
exemplum habere aliquid ex iniquo , quod tamen vtilitate  
publica non tantum rependitur , sed etiam longe evadit æquif-  
simum .

(\*) Non enim aliud ius fuit , quod in diplomate a Friderico I. vrbi Lube-  
centi a. 1188. dato eius ciuibus confirmatur ; & a Friderico II. a. 1222.  
Iura Susatia appellauit Arnoldus Lubecensis antiquus scriptor Lib. II.  
Chron. Slav. cap. 35. Fuerunt qui pro Susatia legerunt Holsatia , quo-  
rum sententiam etiam secutus est celeberrimus Conringius , & aucto-  
ritate sua in adspersum traxit Lambecium in *Origin. Hamburg.* tom. I. &  
Bangertum in *not. ad Arnoldum* , vtrumque virum itidem doctissimum .  
Verum inquit Meibomius Polyhistor Helmstadiensium , dum viueret , sum-  
mus in *Inrod. ad Hist. inf. Sax.* p. 87. quas insitias dedit Lubecensi-  
bus Henricus Leo , & confirmavit Fridericus I. eas , secundum iura So-  
satia fuisse scribit Arnoldus ; Holsatica vero iura a Lubecensi diuersa fuis-  
se ex loco Anonymi Continuatoris Helmolli supra citato clarum est , cum  
ab Holsatorum iure immunitas concessa , & Lubecense datum , vt oppida  
eo melius florent , memoretur . Exstat vero diploma Adolphi IV. quo a  
patre Adolpho III. concessam Hamburgensibus immunitatem confirmat  
hæc clausula notabili : Et in reliquis iure fruantur Susatensium & Lu-  
becensium . Vidit & adduxit hæc tabulas Lambecius *part. I. Orig.  
Hamb.* p. 101. verum & ibi pro Susatensium legendum putat Holsaten-  
sium . Quanta libertas quanta Critici licentia ! An probabile est in  
Arnoldi Codicibus , & in illo diplomate pariter descriptoris errorem eo-  
dem modo intercurrisse , & pro notis vocibus Holsatia & Holsaten-  
sium , vtroque ignotiores illas Susatia & Susatensium substituitas ? Cre-  
das

*dat cui libitum est: non ego. Mibi propter illas tabulas recte se habere lectio in Arnaldo videtur, exque illis hunc explico, cumque nullum sit susatum, nisi illud in Westphalia, in illa vrbe, iam tum Leonis aro celebri & florente, ius aliquod viguisse credo, quod Lubecensi orum dederit. Ostendit postea laudatus Meibomius, quomodo e Westphalia in Wagriam remotam ac distitam ius illud peruenerit. Cui & meos calculos addo, meosque lapillos.*

(\*\*) Quod obseruatum etiam a Georgio Beyero Doctore Lipsiensi ad tit. ff. de Commodato n. 8.

(\*\*\*) *Synopsi iuris Sued. dissert. 12. quest. 5.*

(†) *Par. iur. Germ. lib. I. par. cm. 18. §. 1. p. 426.*

§. LXXXIII. Patet etiam, nec obscurum esse amplius potest, cur creditor in Germania mutuo datam pecuniam amiserit, si res pignori data perierit; siue dolo, siue culpa, siue etiam casu. Est enim ille patrio iure dominus pignoris, vsque dum reluatur; aut alii vendatur. Subiiciam tibi artic. 15. lib. III. *Spec. Sax.* Stirbt aber ein Pferd oder Viehe in der Versagung (ohne jenes Schuld der das unter ihm hatte) beweiset er das / und thut auch darzu schweren / er gilt es ihm nicht / er hat aber sein Geld verlohren / da es ihm vor versezt stunde / ihr Gelübde stunde denn anders. Res ita nisi fallor se habuit. Distinxerunt Germani in pignore: an culpa vel dolus creditoris interuenerit, an minus. Si interuenit, non tantum amittebat pecuniam, quam dedit mutuo, sed etiam tantum adicere debebat, quanti res oppignorata erat, aut venire poterat; Sin nulla interuenit culpa, nullus dolus, pecuniam suam totam sane amittebat, quod concipi sane vix posset, nisi in pignore dominium penes creditorem stetisset. An durum hoc fuerit, & contra omnia iura mundi, vt loquitur *Colerus* (\*), cuius verba in notis adscribemus, videndum est. Et durum fateor, id foret, si eadem Germanici pignoris natura, quæ Iustiniani esset. Sed pace manium *Coleri* dixerim, aures eius, etiamsi sæpe leges Germanicas crepet, illarum sono

sono aut nondum, aut non satis fuisse adsuetas. Quid enim? an creditor voluit esse dominus? an voluit sic esse magis certus ac securus? Si respondes voluit, Ergo etiam voluit periculum quod est domini. An hoc ita inauditum est? an contra iura mundi? Apage quæso, si Germanicas leges velis pertractare, & inspicere, Romanos de pignore conceptus; & nulli tibi lemures apparebunt, nulla spectra; nulla oculos iniquitas feriet; nulla aures contradictio turbabit. Sed demus tamen tibi ex iure Romano similia; ne præpropere nimis cæcos iniquitatis catulos parias. Fin-gamus, te emisse fundum cum pacto de retrouendendo, dominium ad te transit, lucraris fructus; sed perit ille; consumit illum incendium; fatiscit terræ hiatus: aquarum insignni mole obruitur, non tantum; sed stagnum fit. An recipere tibi pecuniam licebit, qui emisti prædium? Nulla tua culpa est; omnem hic casus industriam humanam transcendit. Non licebit repetere dices sine dubio. Amissa est pecunia; fato ereptum est pretium. Idem respondebis, si sapiis; creditori. Dominus fuit: Ergo prout alii homines fortunæ interdum ludibrium debebit. Addam aliud, ne titubes. Fundus dotalis marito æstimato datur; Debet ille onera matrimonii ferre. Fert, expendit,

*Culæque diffusis saltat amica bonis,*

Sed vide perit fundus. Non semper in melius mutantur quæ possidemus; raro alluio accedit; rarius alluionis alluio. Quis nunc quæso ferat damnum? An maritus? an coniux? Sin coniux,

*Nunc quoque nulla viro, clamabit femina, credat.*

Sin maritus, iniquum forte videbitur; Tulit onera matrimonii, renetur quotidie humeros subiicere nouis sumtibus faciendis: & tamen restituere aliquando pretium fundi: etiam si

iam si iam iuerit pessum. Quid ad hæc ICI; marito adiudicant damnum, quia dominus fuit: Teutones creditori impurant damnum, quia dominus factus est: Romani vero in debitorem infortunii casum referunt, quia possessio quidem ab eo, non dominium recessit. Vnde etiam haud difficulter perspicies, cur creditor pignore utens iure Germanico furum committere non dicatur; Nulla enim hic rei alienæ contrectatio est; quod iure Romano fecus.

(\*) Decis. Germanicar. VII. n. 29. *Licet autem, inquit, decisio iuris Saxonicæ sit valde dura, quod creditor probando casum, quod videlicet equus morte naturali, & absque culpa illius interierit, liberetur quidem a restitutione rei, vel eius æstimatione, nihilominus autem pecuniam & eius repetitionem amittere debeat, cum istud sit contra omnia iura mundi, quæ dicunt, isto casu securum esse creditorem, & nihilominus personalem actionem debiti reperendi aduersus debitorem in tegram habere: Tamen usu in his provinciis Saxonie contrarium fuit obseruatum, eo quod lex Saxonibus ita scripta est. Eadem fere ingeminat Habnuius ad Wesenbeccium tit. ff. de pignor. action.*

§. LXXXIV. Enim vero hæc ita quidem inquis sese habent, si de mobilibus sermo sit; sed quid iuris tandem erit circa immobilia: an eadem formanda decisio, aut similis? Eadem aio, si rationem legis, ac consuetudinis sequaris. Doctissimus Meuius (\*) proverbium suum Lubecensibus & Saxonibus receptum ad immobilia non extendit, eo quod immobilium euictio sit præstanda iure Lubecensi; quod non nego, si textum illius iuris consulas. Quod si vero mores Germaniæ; & aliarum etiam gentium antiquos consideres, aliud sine dubio erit dicendum: nec minus in pignoribus rerum immobilium, quam mobilium aliquid proprietatis translatum animaduertes. Textus autem statutorum Lubecensium, & Hamburgensium me nihil morantur. Fuere in illis quædam ex veterum sententia retenta, quædam mutata perperam, ita ut aliquid contradictionis illis immixtum

tum obseruauerit saepe a nobis laudatus Schilterus Exer-  
cit. ad ff. XXV. de Commod. §. 8. *Animaduertendum*, in-  
quit, est, *contradictioni textum implicari. Quum enim dixisset de*  
*recipiente rem, v. g. commodatum, oder wird es ihm abgeraubet*  
*oder abgestohlen/ mox adicitur limitatio: woferne derselbige sol-*  
*ches mit guten Titul an sich gebracht/ que verba tollunt priora,*  
*nec simul queunt subsistere. Nec meliori credo fundamento in-*  
*ninitur ea, quam Colerus Decif. VII. n. 7. excogitauit limitatio;*  
dum monet, tum demum contra tertium non competere  
actionem realem, quatenus scilicet tertius ille est in bona fide,  
fiscus enim esse si in mala fide versetur, & sciuerit rem in se  
translatam esse commodantis.

§. LXXXV. Itaque relicta ista confusione illud potius  
probandum suscipiam, etiam in pignoribus rerum immobili-  
um dominium fuisse translatum. Textus plures e Speculis Saxo-  
nico, & Sueuico non habeo, putoque propterea nihil de rebus  
immobilibus fuisse memoratum, quod facilis extensio sit, &  
vbi eadem ratio, sibi etiam eadem legis dispositio credatur.  
Exemplorum autem & formularum abunde est, e quibus id,  
quod volumus aperte licet colligere.

§. LXXXVI. Dedit iam *Strauchius* (\*) fegetem; dedit  
*Actorum Lindauensium* Collector, nos spicilegium colligemus;  
ostensuri quid obtinuerit inter Principes ac gentes, de quibus  
potissimum, vt sumus solliciti, nostrae intentioni ac scopo con-  
uenit. Diploma eius generis apud *Aubertum Miraeum* (\*) oc-  
currit, in quo Carolus IV. a. 1348. Guilielmo Iuliacensi Vesa-  
liense, Durense, Werdense, Bobardiense, & alia oppida a Cer-  
tis Romanorum Regibus & Imperatoribus Praedecessoribus & Pro-  
genitoribus (sic verba se habent) oppignorata confirmat. Ita  
enim pergit: *Spondentes & firmiter promittentes pro nobis nostris-*  
*que in Regno & Imperio successoribus, quod praescripta pignora pra-*  
*fato Marchione Iuliacensi ac suis heredibus non auferemus (\*\*), nec ea*  
*H 2*

*cuicumque alteri persona obligabimus, vel absoluendum vllatenus committimus: immo eanos, vel nostri successores, cum poterimus, debemus absolvere & pro nostra, & Imperii nostri propria pecunia liberare.*

(\*) Lib. I. cap. 94. Quod amplius firmatur e charta Ludouici Bauari, quam e Io. Ilaaci Pontani Lib. VII. Hist. Gelric. iidem Wilhelmo data attulit præstantissimus Hertius de Superiorit. Territ. §. 66. p. 328. quamvis ille cum aliis pactum putet de retrouendendo &c.

(\*\*) Hæc adduntur propterea, quod ante Carolum IV. sæpe Statui Imperii facultas dabatur ab Imperatoribus pignorum territorium redimendi, donec ab hoc redemtoe Imperium rursus redimeret. Vnde clausula sapius in oppignorationibus addita, ne alii, quam is qui pignori subiecit, sua pecunia redimat, aut oppignorantis Imperatoris successores. Quod e Charta Caroli IV. quo Moguntia Imperii ciuitati, Oppenheimium, Schwabesbergam aliaque oppida pignoris nexu A. 1356. obtulit, nimis manifestum est: *Nach versprechen wir, inquit Cæsar, uns an diesen Brief, daß wir solch verpfand gut/ als wir der vorgehenden freyen Stadt zu Menß versagt haben/ als vorgeschrieben steht/ niemand von ihr erfüllen lassen lösen/ wann wir oder unsere Nachkommende an dem heiligen Reiche mögen es lösen mit unsern eigenen Gut vor die Summa Geldes/ als vorgeschrieben steht/ ohne Gesehrde/ und was sie davon Nuzes oder Belle auffgehaben hant/ darum erfüllen wir oder unsere Nachkommen an dem Reiche in den vorgehenden Summen Geldes nicht abschlahen/ und ihn darum nimmer zugesprechen/ ohne Gesehrde.* Diploma reperitur in *Codice Diplomatico* Palatino Caroli Ludouici Tölaeri, viri longe doctissimi, cui Deus vitam & otium concedat, continuandi quod cepit Historiæ Palatinae opus, cui dictus Codex melioris probationis causa est adiectus p. 110. Easdem ciuitates cum Carolus reliisset. Rupertus Imperator demum oppignorauit Ludouico Palatino Rheno filio suo eiusque Coniugi Barbara. Als des Heil. Röm. Reichs Stadt und Schloffer und Dörffer/ mit Nahmen Oppenheim/ Odenheim/ Schwabisburg/ Nierstein/ Ingelheim und Winterheim/ und Lutern/ und andere Dörffer/ die dazu gehörent/ vor 10000. gute Rheinische Gilden Anno 1402. mit wohlbedachtem Muthe/ rechten Wissen und Römischer Königl. Macht/ Vollkommenheit/ nach Rate unsers Raths/ Fürsten/ Graven/ Herrn und Getrewen/ inne geben und inne gesezt. Remittit homagium vt vocant demum Anno 1407. quo Impe-

tijs



rio tenebantur, quod alias ab initio statim, vt mox demonstrabimus fuit remissum. Vid. Schilt. *Instit. I. Publ.* p. 334.

§. LXXXVII. Dabimus aliud exemplum de Strata montana (der Berg- Straß) quæ Friderico Rheno Palatino Anno 1461. ab Archiepiscopo Dieterico pro C. Mil. Floren. & quod excedit ob præstitum sibi auxilium, & sumtus belli tuit oppignorata. Ea in dominio Palatinorum vsque ad pacem Monasteriensis extitit; cuius fauore Monguntinus Pontifex soluta sorte id quod olim ad Ecclesiam suam pertinuit, recepit. Non poterit esse dubium illis, qui harum rerum gnari sunt, quin dominium fuerit translatum. Chronicon MS. Ct. Palatinum, quo Tölnerus vsus est, vir clarissimus modum & rationem illius translationis exacte exponit, cuius verba adscribemus: Anno 1461. rîsche Dieterich von Hsenburg Erg- Bischoff/ und der Graff von Râsen- Ellenbogen zum Pfalzgraffen Friedr. und klagten ihm/ wie daß der Pabst und Kayser Friedrich ihn entsetzt hätten von dem Bisthum/ dazu auch das Capitel wider ihn was/ und baten den Pfalz- Graffen/ daß er ihn by Recht behielt/ und in byständig war/ und ihm zu recht hielt/ so wolt er ihm geben die Bergstrâß mit Nahmen Starckenberg/ auch die Städte Bensheim/ Heppenheim und Merlenbach/ und der Dörffer/ die darzu hörten waren 23. und was der Bischoff von Wenz in der Bergstrâß hatte/ der Pfalzgraff war zu Rath mit seinen Râthen/ und sagten den Bischoff zu/ ihm zu helfen zu recht/ und was Graff Adolph von Nassau dem von Hsenburg hatte abgenommen/ daß wolte er ihm helfen wieder gewinnen/ indem riecht der Bischoff von Wenz dem von Hsenburg mit seinen Râthen/ auch der Pfalzgr. mit seinen Râthen/ in die Bergstrâß/ da zehlte der Bischoff von Wenz die vor genandte Städte und Schlöffer und die Dörffer alle ihr Gelübde und Eyde ledig/ die sie ihm und dem Stifte zu Wenz gethan hatten/ und solten von baser dem Pfalzgraffen hulden  
und

und schworen/ als sie auch thaten/ und hielt der Bischoff von  
 Reng mit seinen Rätchen auff einer Seiten/ so hielt der Pfalz-  
 graff mit seinen Rätchen auff der andern Seiten/ und also  
 schwuren die vorgemelte Stätte/ Burger und auch das ge-  
 mein Buer Volck in den Dörffern an der Bergstrassen  
 dem Pfalzgraffen/ seinen Nachkommen und der Pfalz zu  
 ewigen Tagen getreu und hold zu seyn/ auch ihn von ih-  
 ren Herrn zu han/ und nimmer von ihm zu weichen/ und von  
 der Pfalz/ bis daß er oder seine Nachkommen oder Pfalz/ der  
 sie ihres Eids ledig zehltten/ auch ihm wäre dann voraus ge-  
 macht/ hundert tausend und zwanzig tausend Gulden zc.

(\*) loc. cit. p. 69.

§. LXXXIIX. Eodem pertinent, quæ in historia Gun-  
 theri Schwarzenburgici in Regem Romanorum electi oc-  
 currunt. Hic enim veneno, quod Fridankius Medicus pro-  
 pinavit, infelicitè, hausto, & animo & corpore infirmum se  
 sentiens Imperium in fauorem Caroli IV. æmuli hac condi-  
 tione resignavit, vt sibi belli sumtus bona fide restitueret,  
 quorum æstimatio XX M. marcarum argenti erat, excep-  
 tis MCC. (\*) marcis, quæ pro impensis in electionem factis  
 deberet. Carolus vero qui soluendo non erat, ei in pignus  
 offerebat Burgum & ciuitatem Gelnhusam, Mœni vectigal,  
 & ciuitates Northusam ac Goslarium, vna cum annuis pro-  
 uentibus oppidi Mulhusini, qui Imperatoribus alias pen-  
 debantur. Nec mora: acceptauit illa Guntherus; sed dum  
 vltima sibi imminere sentiebat, oppignoratasque ciuitates  
 mandatis Caroli adhuc refragantes animaduertebat, petiit  
 ab Imperatore, vt sibi Friedbergam & reditus, quos Franco-  
 furrenses debebant, vna cum ipsa eorum ciuitate pignoris  
 vinculo obligaret (\*\*), vsque dum sibi de reliquis secure fo-  
 ret prospectum. Ita enim transactionis verba: Auch sehen  
 wir

wir ihn zu rechten Pfande für die Stet Northusen Goslar. und die Nuz ze Mühlhusen. als obgeschriben stet. und um daz wir in dieselben in antworten sullen / und wullen Friedwerch die Stat mit allen Sturen. Nuzen. Gulten. Diensten. Zinsen Rechten und Gerichten. und allen Zugehörungen. die daz Rich daselbis hat. und dieselben Bürger ze Friedwerch sullen in hulden und schweren ze einen rechten Pfande. Auch setzen wir in ze einen rechten Pfande. aller unser und des Reichs Guld und Stuer. di wir und daz Riche haben ze Franckensfurth. Et paullo post: Und wann wir in sinen Erben und sinen oft genandten Fründen geendet haben. um die Stat Northusen und Goslar. und um die Nuz ze Mühlhusen. als vor geschriben stet. So soll Friedwerch und die Nuzung ze Franckensfurth. von in ledig und loz sin. Magis hoc firmant litteræ Caroli eodem Anno 1349. Moguntia datæ Henrico Comiti Guntheri Regis filio die S. Viti. Wir Carl - - tun kunt. daz wir dem Edlen Henrichen - - Stadt Friedwerch - - und alle Gulte. Stuer Nuz ze Franckensfort ze. zu rechten Pfande versetzt haben / unz an die Zeit / daz wir in die zwu Stet Northusen und Goslar zu rechten Pfande ingeantworten. - - - und auch geschaffen. daz die Bürger zu Mühlhusen in gesoben in guten Treuw / in mit Gerichten / Belle - - - gehorsam und wartende sie sullen. Und wenn wir das gethun / so soll die Stadt zu Friedberch (\*\*\*) und die Gulde und Nuz ze Franckensfort ledig und loz sin. Inde de pignoribus clare constat. An vero ipse obtinuerit, & dominium quod ipsi promissum fuit acceperit, nondum ad huc utque erui potuit (†). Ad sunt tamen litteræ non pauca a Carolo IV. exarata, quibus Northusæ præcipue, quæ omnium acerrime repugnabat, ceterisque ciuitatibus teuerè iniunxit, vt Gunthero eiusq; heredibus velut dominis  
suis

suis fidelitatis iuramentum præstarent; data etiam Ernesto Duci Brunsvicensi potestate, vt repugnantes vi ad officium cogeret.

- (\*) Hinc vir Illustris Huldericus ab Eyben Camera Adfessor meritissimus in *Annotationibus* ad Syntagma *Frisebii* Historicum de Gunthero Schwarzenburgico obseruauit, quosdam XXIIM. marcarum imperite posuisse, contra expressa diplomatis verba: für zwenzig tusend Marck löbtiges Silbers. Confundentes alias MIL. marcas, & commiscantes cum istis XXM. De quibus in sequentibus diploma: Auch geloben wir in Freuden um die zwöiff hundert Marck löbtiges Silbers. Die wir in gen ihren Wirten ze Franckenfurt sullen und wullen entrichtes und ledigen.
- (\*\*) Debemus omnia celeberrimo *Tenzelio*, qui ipsum diploma, litterasque quas allegauimus communicatas sibi ab Immanuele Webero Secretis Archiui Schwarzenburgici olim præfecto, vidit atque inspexit. Illius ergo fide hæc scripsimus. Scopo nostro apprime inseruientia inuenies in *Colloquijs mensuris* Anno 1696. *Mens. Jul.* Nec prætermittendum eundem virum doctum Anno 1694. *Mens. Aug.* e rarissimo chronico *MSt. Pauli Iouii*, e cimelijs Arnstadinis fidei suæ concredito excerpta dedisse, in quibus multa occurrunt singularia. Id maxime laudandum in *Tenzelio* est; quod diplomata antiqua sicubi fieri potest, eo quo scripta sunt idiomate referat; quod a plerisque neglectum deprehendimus; sua sæpe obtrudentibus, dum prisca reformant vocabula; & constructiones veterum in nouum dicendi genus transmutant.
- (\*\*\*) Eo sine Carolus in peculiari diplomate huic ciuitati Anno 1340. dato adiecit clausulam, ne quid mutaret Guntherus in ea ciuitate quæ ad breuissimum tempus concedenda videbatur, biß ihn mit den Städten Nordthausen und Goslar / und mit den Renten und Gefällen zu Mühlthausen vollendet und verrichtet wird. Vide integras litteras apud *Limnæum Iur. publ. Lib. VII. cap. 17. n. 7.*
- (†) Gelnhusa compos factus est, quam Henricus Comes partim Hanouienſi Comiti Reinhardo dotis loco, partim Ludouico Electori Palatino denno oppignorauit, qui solus etiam excluso Hanouienſi possessionem nactus est. Vnde non mirum Palatinos exemptionem vrisse, & iure etiam

etiam tentasse. De quo vid. Bericht von des H. Reichs Stadt Friedberg Stand und Regalien/part. I. n. 221.

§. LXXXIX. Quemadmodum vero in rebus pignori traditis sæpe dominium plenum, reuocabile tamen transit; ita etiam exempla non desunt, ubi dominium vtile alteri per inuestituram collatum est. Feudum pignoratitium Doctores vocant, distinguendum a feudo fiducia (\*). Chartam notabilem dabo, quam e MSct. *Schilterus* hausit, e Schiltero Tölnerus. Sine Hochwerdigen Fürsten Ruprecht von Gotts Gnaden Pfalzgraff by Rine und H. zu B. und allen den die diesen Brief sehen und hören lesen/ Tun ich Heinrich der junge Herr zu Ehrenberg kunt. Den Turn und das Backhus / das darane stet und des Egels Hus / und der alte stal der hinter des Egels Hus lieget / das mir Herr Heinrich der alde min Oheim H. zu Ehrenb. versagt hat und mir Pfandes stet / und die Mur von Herrn Einus Hus die unser beider was / die er mir erblich gegeben hat / und des wir Briefe undtr ein han: das sol ich Heinrich der jung vorgehen. zu leben haben und halten / von mine Herren den vorschriben Fürsten als min ander Gut / das ich von im zu leben han / als lange biß daß der vorgehen. H. Heinrich der alte min Oheim oder sin Erbin dasselbe gut gelosent / umb mich oder mine Erbin. Das dis veste und stete sy und bliebe / so han ich H. der junge vorgehen. min Inszigel an diesen Brief gehalten. &c.

(\*) Ipse Schilterus primo non distinguit, vt videre licet e Rubrica Codicis Feudalis Alemannici cap. XCVII. sed correxit mentem, mutauitque in Commentario titulum. Differentia hæc est. Feudum fiducia reititui interdum debet pro certa summa, vel alia quadam re concessa, etiam si nullum creditum antecessit, aut mutuum. In quo aliquid irregulare deprehenditur. Non enim licet domino renunciare vasallagio, & dominium vtile recipere ex natura feudi. Præter exempla a Schiltero allata, quæ aliquid adhuc obscuritatis habent, clarissimum inueni in Comitatu Astensi Sabaudia Comiti hoc pacto concesso; Diploma Henrici

rii VII. e Scrinii Archiui Taurunensis extraxit ingentis diligentia & iudicii vir Samuel Guichenon dans son *histoire Genealogique de la Royale Maison de Saoye* Lib. VI. p. 139. Verba huc potissimum spectantia Le-Aoris oculis subiicio: *Post cuius mortem ad liberos masculos ipsius Maria & dicti Comitiss natos, vel eis non existantibus ad alios dicti Comitiss legitimos liberos feudum huiusmodi deuoluatur, verumtamen si postquam ipse Comes rebus humanis fuerit exentus: Nos vel aliquis successorum nostrorum Imperatorum & Regum Romanorum ciuitatem & Comitatum predictos uellemus redimere, & ad manum nostram reducere, Maria, liberi & heredes prenominati, & quilibet eorum per modum superius expressum, nobis & cuiuscumque successorum nostrorum predictorum, pro ducentis millibus florenorum auri, dictos ciuitatem & Comitatum, cum castris, villis, terris, possessionibus, territoriis, districtibus, iurisdictionibus & pertinentiis predictis libere ac expedite restituant, ipsaque ducenta milia florenorum extra Comitatum Sabaudia, quem propter supra uel infra scripta a seruitiis de ipso, Imperiali culmini debitis, in nullo penitus exonerare intendimus, in emtione terrarum & locorum aliorum adscendentium ad valorem annuum viginti millium florenorum auri totaliter conuertant, & easdem terras & loca, prefati Comitissa, liberi & heredes modo prelibato in feudum perpetuis temporibus ab Imperio recognoscant &c. In feudo pignoratitio uero semper creditum est, & cautionis loco inuestitura dominium utile creditori conceditur, usque dum reali solutione debitor uinculum istud sustulerit: quod ex ante allegata charta non potest non esse manifestum.*

§. XC. Sed nolo lectorem pluribus obruere diplomatibus & exemplis. Patet ex his satis, qua ratione antiquitus in Germania pignora integra territoria affecerint, licet non foret difficile ostensu, eodem modo Egranam ciuitatem (\*) Bohemis fuisse obligatam, eodem uinculo Ortoni Austrio (\*\*) Schathusam, Rheinfeldam, Neoburgum & Bricfacum fuisse concessa: eodem nexu dimidium Ladenburgi (\*\*\*) Palatino fuisse datum, ut alia fere innumera inuoluam silentio.

(\*) Pi-

(\*) Pignorauit hanc ciuitatem Ludouicus Bavarus Ioanni Bohemæ Regi, quod ipsius auxilio peruenerit ad Imperiale fastigium. Ea vero iam antea sub clientela & protectione Bohemorum Principum agebat, quippe cui suos præfectos vt est in veterum memoriis Bohemi dederunt. Integrum diploma authenticum vix exstat; fortuito incendio illud perisse ex litteris Gerlaci Archiepiscopi Moguntini euincit Balbinus *Epit. Hist. Bohem.* p. 311. Balduinus tamen Archiepiscopus Treuirensis e litteris, (quas vidimus vocant, seu transumptum,) hæc inter alia recitat in charta, cuius tenorem idem Balbinus exhibet: *Obligamus sibi (Ioanni) pro decem millibus marcharum Argenti, terram Egrensem, & castra Flox & Parckstein, cum omnibus Regalibus, Dominis, iuribus & c. datum Colonie secundo Nonis Decembris Anno 1340.* Eandem oppignorationem probant litteræ Gerlaci Archiepiscopi Coloniensis Anno 1353. Spiræ conscriptæ; quod præfata Egrensis ciuitas cum suo territorio nec non castra Flox & Parckstein Regno, & coronæ Bohemæ pro quadragesima millibus Marcharum puri argenti quinque florenos (agnosce in summa differentiam) cum dimidio Florentini ponderis pro Marcha qualibet computandis a S. R. Imperio rite fuerint obligata. Et progenitores ac prædecessores sui Reges Bohemæ Illustres in possessione præfatorum pignorum fuerint & ipse Dominus noster prædictus (Carolus) eadem pignora rite possideat in presenti. Infirmæ Knipschildii rationes sunt, Egram ciuitatem pro libera Imperiali adhuc venditantis, quod Ludouicus Imperator expresse sibi retentionem reseruauit; & Ioannes Rex iis priuilegia & iura reliquit, & imposterum relinquenda præmisit. Knipschildii enim tempore, quo tractatum de iuribus Imperialium ciuitatum in publicum emisit hæc valere amplius non poterant: ob Cæsaris capitula, in quibus pignora Electoribus confirmantur. Iura autem ciuibus suis relinquere res meri arbitrii, aut nouum priuilegiū est. Plane vero nescio quid aliis in mentem venerit, qui Bavaris ius quoddam in Egram ciuitatem adscribunt. Obligauit eam Ludouicus Bavarus, non vt suam, sed vt Imperii ciuitatem. Dicere vero olim eam pertinuisse ad Bauariam, hoc est dicere, Italiæ partem olim pertinuisse ad Olfcos & Volfcos,

(\*\*) Apponam locum ex Annalibus Gerhardi a Roo Lib. III. p. 98. It. inquit, Ioannes Bohemus medium se quasi arbitrum honorarium interponens Ludouicum Cæsarem, & Austriacos in concordiam reduxit, & Cæsar Ottoni pro belli sumptibus viginti aureum nummum millia præstus, quatuor

*Imperii ciuitates pignori tradidit, Schafbusam, Rheinfeldam, Neoburgum & Tigurum. Cum vero Tigurini reclamarent, & ne ab Imperio DISTRAHERENTUR, maiorum sibi priuilegiis indultum demonstrarent, Brisacum Ottoni pro Tiguro datum, qui paullo post Augusti in verba Imperatoris iurauit. Quod si nimis recens videatur Gerhardus, Alberti Argentinensis verba breuia & barbara lege de rebus gestis Bertholdi Episcopi Argentinensis apud Vrsit. Tom. II. p. 171. Ecce Dux reformatus est cum Domino Ludouico sibi Brisaco Neuenburg, & quibusdam aliis munitionibus pro certis pecunie quantitatibus assignatis.*

(\*\*\*) Acriter hic decertarunt Wormaticensis Episcopus, & Palatius Elector. Rusdorius in *Iustitia causse Palatine* pro dimidia parte Ladenburgum voluit venditum, testibus litteris authenticis, quarum tenorem simul exhibere tentauit. Quibus vehementer iam ante contradixerunt Wormaticenses; ipsam pignoratitix conuentionis formulam producentes, & reuersales, vt vocant, litteras Electoris Philippi A. 1181. Episcopo datas: quas pro supposititiis plane habere ipse noluit Rusdorius; hoc tantum addens, ante ducentos fere annos de pignore reluendo forte fuisse actum. Electores autem se manifesto pro Dominis gessisse, vendidisse, in dotem dedisse, leges & statuta condidisse religionem mutasse, scientibus & videntibus Episcopis cum Capitulo. Quæ omnia certa quidem satis sunt: exinde tamen nollem concludere, Ergo fuit emptio venditio: habebunt semper Palatini quo reluitionem impediunt, vt ex infra dicendis clarum fiet: pignus licet concedant. Consequuntur enim omnes, quos Rusdorius recensuit effectus, etiam ex pignore Germanico: ad quod ni respiciatur, facilis cum emptione & venditione confusio oritur. Nobis quæ inter istos Principes fuerunt disputata valde grata sunt, atque accepta; cum translatio dõminii in pignore euiden-  
tibus signis exinde eliciatur, ac elici possit. Litteras interim pignoratitias, vide apud auctorem *vindiciarum contra Wildfangiarum Palatinum*, & etiam in *Diario*, quod appellant, *Europa* Part. XII. Append. p. 218. Cui simul Rusdorfii Iustitia causse Palatine est adiecta, quam consule p. 550. sqq.

§. XCI. Potius nunc videamus, an etiam in aliis gentibus, quam Germanis eiusmodi pignoris obligatio deprehendatur: Quod vt fiat, enge producamus pauca exempla; ne nimium



mium excrescat nostra dissertatio. Excutiamus ergo si lubet Atrebatense fœdus quod inter Carolum VII. & Philippum Bonum Burgundiæ Ducem a. 1431. fuit initum, e quo verba sequentia probe censemus notanda. (\*) *Que le Roi baillera & transporterà a mon dit Seigneur le Duc de Bourgogne pour lui, ses hoirs & aians cause. à tousiours, toutes les Citez, Villes, Forteresses, Terres, & Seigneuries appartenans à la Couronne de France, dessus la Riviere de Somme de l'un côté & de l'autre, comme S. Quintin, Corbie, Amiens, Abbeville, & autres, ensemble toute la Comté de Ponthieu, deçà & delà la dessusdite Riviere de Somme, Dourlens, S. Riquier, Creuecœur, Arleux, Mortaigne, avec les appartenances & dependences quelconques, & toutes autres Terres, qui peuvent appartenir a ladite Couronne de France, depuis ladite Riviere de Somme inclusivement; comprenant, aussi au regard des Villes entrans du côté d'Artois, de Flandres, & de Hainaut, tant du Roiaume, comme de l'Empire, en y comprenant aussi au regard des Villes seans sur ladite Riviere de Somme du côté de France, les banlieues & échaumaiges d'icelles Villes, pour en iouir par mondit Seigneur le Duc de Bourgogne, sesdits hoirs & aians cause à tousiours, desdites Citez, Villes & Forteresses, Terres, & Seigneuries, en tous profits & reuenus, tant en Domaine comme des Aydes ordonnées par la guerre, & aussi Tailles & émolumens quelconques, & sans y retenir de la part du Roi, fors les foi & hommages de souveraineté (\*\*). Et lequel transport & bailse fera, comme dit est, par le Roi aurachapt de la somme de quatre cens mille écus d'or vieux de soixants-quatre Karas, & un quart de Karat de remede, & autre monnoie d'or courant; à la valeur duquel rachapt de mondit Seigneur le Duc de Bourgogne, seront baillées Lettres bonnes & suffisantes par lesquelles il promettra pour lui & les siens, que toutes & quantes fois qu'il plait au Roi, & aux siens faire ledit rachapt, mondit Seigneur de Bourgogne & les siens, seront tenus en receuant la dite somme d'or, de rendre & laisser au Roi, & aus siens, toutes*

lesdites Citez, Villes, Fortereffes, & Seigneuries comprises en ce present Traité tant seulement. Et sera content en outre mondit Seigneur le Duc de Bourgogne de recevoir le paiement de quatre-cent mille écus d'or à deux fois; c'est à savoir à chacune fois la moitié, pourvu qu'il ne sera tenu rendre lesdites Villes, Citez, Fortereffes, Terres & Seigneuries ni aucunes d'icelles, jusque a ce que ledit paiement soit accompli, & qu'il ait reçu le dernier des quatre-cens mille écus d'or. Et cependant seront à mondit Seigneur le Duc de Bourgogne les frais siens de toutes lesdites Citez Villes, Fortereffes & Seigneuries, tant des Domaines comme des Aydes, & autrement, sans en rien deduire ni rabatre du PRINCIPAL.

(\*) Leonardi Recueil des Traités Tom. I. p. 10.

(\*\*) Ne te turbent verba: fors les foi & homage de Souveraineté, obserua: Carolum VII. sibi supremum tandem dominum reseruasse; non omne; sibi ICTIS familiari id vocarem directum.

(\*\*\*) Quam acerba acciderit reluitio Carolo Burgundia Ducui, ante Cominco ostendimus. Hic tamen præmitti non debet, totum negotium ab Archotanis Fratribus, qui Philippum senem suasionibus suis ad reddenda pignora inducebant, fuisse perfectum, ingenti sui, suorumque postea bonorum detrimento. Audiamus adhuc semel Comingum Lib. I. de ses Memoir. cap. I. Je ne scay bonnement comment cela se mena: toutes fois, le dit Duc est en sa vieillesse, furent tellement conduits tous ses affaires par messeigneurs de Croi & de Chimay, freres, & autres de leur maison, qu'il reprist son argent du Roy, & restitu lesdites terres, dont le Comté son fils fut fort troublé. Car c'estoyent les frontieres & limites de leurs Seigneuries: & y perdirent beaucoup de bonnes gens pour la guerre. Il donnoit charge de ceste matiere a ceste maison de Croi; & quand son pere fut venu a l'extreme vieillesse (dont ia estoit pres) il chassa hors du pays tous lesdits Seigneurs de Croi, & leur osta toutes leur places, & choses qu'ils tenoyent entre leur mains,

§. XCII. Alia nec huic tamen dissimilis conuentio inuenitur inter Ioannem Arragouia & Ludouicum XI. Francia Regem: cui vltimo Comitatum Ruscinonensem & Ceritanum pignori tradidit Arragonius, pecunia sibi & copiis deficienti-

cientibus ad subditos rebelles coercendos, Regiamque dignitatem contra tumultuantes tuendam. Summo studio pignoratitias tabulas conquisiui; nec potui tamen inuenire, nec ab aliquo inuentas noui. Habeo interim argumenta satis grauiā, e quibus concludendum existimo etiam in hoc pignore dominium indubirato fuisse translatum. Ioannes Mariana (\*) Scriptor Hispanus hæc refert: *A. 1462. pridie Idus Aprilis ea lege Oliti fœdus factam est, uti Gallus septingentos cataphractos equites auxilio mitteret, ducenta aureorum milia in stipendium. Dum ab Arragonio redderentur, Ceretani Ruscionensesque pignoris loco essent in Galli potestate, neque pro vectigalibus tamen annuis, quæ pendere consueuissent, aliquid deduceretur de capite. Immo ipse Carolus VIII. cum imprudens (\*\*\*) redderet Ferdinando Catholico, & Elisabethæ eius coniugi hos populos; non destitit tamen in ipsis fœderis tabulis aliquid de iure suo (\*\*\*) præfari, atque titulo, quo retinuit interea, & retinere illas prouincias possit. Exstant etiam *Consulum Perpiensium* (†), & *Vice Comitum Rodensium* (††) litteræ, e quibus luce meridiana clarius elucescit, Francos se ut dominos gessisse; Ceretanos vero Ruscionensesque vixisse subiectos imperio ac dominio Ludouici, ac Caroli; nec sine insigni eorum indignatione ab hoc subiectionis vinculo fuisse liberatos.*

(\*) Hist. Lib. XXIII. cap. IV.

(\*\*) Non dissimulant hanc imprudentiam ipsi Galli, ostenduntque Carolum suasionibus Sacerdotum; quos Ferdinandus corrupisset, flammisque infernalis ignis, quas diserte ei ante oculos posuissent, eo esse permotum; ut pecunia etiam non recepta restitueret deuinctas sibi terras, optimo iure coronæ Gallicæ iungendas. Unde non mirum Mezeranum (Mezeray) Sammarthanos, Varillasum acuisse calamos, ut fraudes Hispanorum viuide depingerent & Caroli Regis spe Neapolitanum Regnum iam deglutientis conscientie molliciam hac teneritatem riderent. Quæ vero Varillasus de præscriptionis titulo ad illas terras retinendas addit, inepta sunt, ignorantiamque Scriptoris quamplurimam arguentis produunt. Vid. Hist. de Charl. VIII. p. 151.

(\*\*\*)

(\*\*\*) Leges apud Leonardum Tom. I. p. 375. has voces ; *Est conuentum & concordatum, quod licet nos dictus Rex Francorum simus in bona possessione, & iusque, & titulo sufficienti ad tenendum Comitatum Rossilionis & Ceritania, qua possessione Carissimus dominus, & Genitor noster defunctus Ludouicus Rex Francorum, cuius anime propitiatur Altissimus, & nos vsque nunc gauisi sumus &c.*

(†) Ita enim illi ad Borboniam Ducem : *Plaise vous sauoir, que nous vous enuoyons les doubles des lettres : qu'il a plu au Roy nostre Sire nous ecrire, & le double de celles, que à present lui enuoyons, à fin, Madame, que vous soyez informée de notre inrention, comme voulons estre, & demcurer perpetuellement BONS SUIETS du Roy, & de sa Couronne, & viure & mourir sous la SUIETION d' icelle; comme plusieurs fois, Madame, vous en auons auertie. Avec ce de present, Madame, serez informée de ce qu'il a plu au Roy par ces lettres nous declarer, comme il nous tient bons suiets, & nous defendra contre tous. vid. Leonardum p. 383.*

§. XCIII. Sufficerent hæc a me allata: nisi instrumentum quasi aliud agenti fuisset oblatum clarissimum, & intentioni meæ admodum aptum. Est illud charta *Gulielmi Ramundi* Comitis Ceritanæ, de duabus villis in valle Confluentina sitis pignori obligatis monasterio Canignonensi. Promittit in illa Comes se solutarum pecuniam post annum; deinde si destinato termino fieri id non possit, concedit, vt vtantur, fruantur pignore his verbis (\*): *Quod si ad hunc terminum destinatum, vt supra dictum est, hæc pecunia minime fuerit restituta, sine vlla reservatione vel fraude Sancto Martino & Tibi Petro Suniarrii Abbati & Monachis eiusdem loci liberam in Dei nomine habeatis licentiam, omnia hæc allodia supra dicta possidere & retinere, & exfructuare sicuti alia allodia vestri Monasterii sine aliqua inquietudine. Et est manifestum &c.*

(\*) Euolue integram chartam de a. 1084. in *Marca Hispanica* quæ Auctore Illustrissimo Viro *Petro de Marca* Archiepiscopo Parisiensi prodit Paris 1688. p. 1147.

§. XCIV.

§. XCIV. Reliquis e Dania (†) Sueciæ quæ Regnis petendis iure supersedeo; in illam potius disputationem descensurus, qua alios, non pignoratitios contractus, ex his quæ hæctenus a nobis fuere in lucem educta exsculpere tentarunt Doctores. Valde enim dubitant Iurisprudentes de genere illius contractus, quem e tot, chartis atque diplomatibus præbuimus conspiciendum. Fridericus Martinus (\*) peculiarem voluit conventionem, quæ vocetur impignoratio. Necdubium, aliam esse & diuersam a contractu pignoris Iustiniani: quem semper in mente atque in ore habent illi, qui non nisi Romanas ac Iustinianeas formulas sibi ediscendas crediderunt. Et fateor me ipsum hæstitasse primum, cum viderem Wesenbecium (\*\*), Zastum (\*\*\*) , Wehnerum (†), Besoldum (††), Heiderum (†††), aliosque tales contractus pro venditionibus cum pacto retrouendendi habuisse: Sed deprehendi demum id ea ratione ab illis esse factum, quod concipere non potuerunt, in pignore transire dominium: de quo tamen vel Romanorum fiducia, vel textus iuris Germanici certiores reddere eos potuissent. Ego vero primum id vrgeo, quod formulæ conceptæ tinnunt, quod ipsæ partes clare expresserunt; & litterarum figura ostendit. Vbi enim venditionis, quæso, ac emtionis facta est mentio? Ibi, inquis, præsumitur merito, ubi dominium, licet ad tempus, a debitore recedit. At euelle, si placet, ex animo inueteratum præiudicium, de non transferendo in pignore dominio, & euanescet obiectio. Deinde hæc Tibi dicta puta. Ille contractus qui initium capit a mutuo, aut debito 2), & in quo etiam creditum memoratur; nec aliquid de prædio, vel territorio 3) vendito adicitur; sed illud 4) potius securitatis gratia pro sorte concessum affirmatur, non nisi imperite dicitur emtio venditio cum pacto retrouendendi. Quis enim statuit vniquam emtionem & venditionem esse contractum accessorium? Hoc scio, sæpe substitui

tui contractum retrovenditionis loco pignoratitii communis, quia in illo conditio creditoris euadit pinguior 5) : Sed tum de cautione, securitate, mutuo, aut sorte, quæ datione pignoris extra periculum constituitur altum est silentium. Nec stringit, neminem in re sua hypothecam habere posse. Hæc enim Brocardica partim ex Iure Iustiniano petita sunt: cum quo impræsentiarum nihil nobis est commercii; partim loquuntur de rebus, in quibus plenum & irrevocabile dominium nacti sumus; vt omittam dubia, quibus robur illorum axiomatum facile liceret conuellere.

(†) Vide tamen *Poutanum*, qui Huitfeldius Latinus est, *Reverendissimi Danici lib. VII. pag. 454.*

(\*) De *Censu* cap. I. n. 177. Videtur ex eo firmanda Martinii sententia, quod in diplomatibus, & chartis perpetuo fere vocabula impignorandi & impignorationis occurrant.

(\*\*) *part. I. Respons. II. n. 90.*

(\*\*\*) *Consil. XII. n. 17.*

(†) in *Observ. Pract.* verbo *Wandschafft.*

(††) In *Thesaur. Pract.* rubr. *Wandschilling.*

(†††) in *Act. Lindaviens.* p. 344.

1) Nam licet non nesciam fallere interdum hanc Doctorum adsertionem, vbi ex aliis clausulis contractus coniecturæ contrariæ resultant: non puto tamen in formulis, quas allegavimus, eas posse ostendi,

2) Confer. *Carpz. Part. II. Constit. I. Def. 2. n. 10.*

3) *Illust. Stryk C. C. Sect. II. cap. IV. §. 33.*

4) *Berlich. Part. II. Conclus. I. n. 63.*

5) *Illust. Stryk Caut. Contr. Sect. II. cap. IV. §. 25.*

§. XCV. Vnum quod me valde torsit hoc fuit: In illis quæ recentimus pignoribus creditores fructus suos fecisse; quod neque in Romanorum fiducia fuit: de qua supra (\*), neque etiam in pignore Iustiniano. Neque mihi dubium hæret, quin etiam ex Ictis plurimi sic propterea induxerint mentem, vt crederent, se videre & animadvertere in anti-

quis

quis istis tabulis pacta de retrouendendo. Quam rationem dubitandi nisi fallor, apud *Compilatorem* Tom. III. *Symph. Gylmann.*(\*\*) etiam obseruare licet: sed qui tandem ita se inde expedit; *Nec obstat*, inquit, daß etliche sagen es sey keine oppignoratio, sed venditio, ex eo, quod in pignoratione possessor non faciat fructus suos l. i. 2. 3. C. de pign. Denn es hat eine andere Meinung in diesen hypothecis, da Schloß / Land und Leute verpfändet / die dem creditori frey / mit aller Nutzung / Obrigkeit / Herrlich und Gerechtigkeiten zu handen geben werden. Optime sane, dummodo res tota clarius tuisset deducta, atque exposita. Faciam itaque vt possim. Germanorum pignus in plurimis cum Romanorum fiducia conuenit. Est illud contractus realis, est accessorius, est bonæ fidei: Transferitur dominium, sed reuocabile; potest vendi, si reuictio non fiat; potest amplius relui si fuit retentum, nec venditum. Obseruatur etiam interdum simile quidpiam mancipationi & remancipationi (\*\*\*) . In hoc solum differentiam conspicimus, quod creditor fructus lucretur. Quid ergo? An hoc pactum adiectum illud transformabit in emtionem & venditionem? Non putem. Est enim adhuc aliquid discrepantiæ. Crediti atque debiti hic mentio fit; in venditione non item. Est in nostro contractu accessio & cautio; quæ non æque reperitur in emtione venditione. Potest semper relui res pignorata, nisi vendiderit creditor; quod in pacto de retrouendendo sæpe locum non habet, si tempus retrouenditioni additum fuerit elapsum. Porro etiam recte concluditur: nec *arbitrari* adeste. In hac fructus in sortem impurantur: In hac dominium a debitore non recedit. Nec pignus videtur cum lege Commissoria adiecta; nam nihil committitur, vbi reuictio non cessat: quamuis non sit negandum, posse Principes liberos tale commissorium pactum ad-

licere (†) quod in priuatis vsurariæ prauitati obiecta lex non admittit.

(\*) Voc. Relutio p. 200.

(\*\*) Non diffiteor valde similem reddi hæc conuentionem emtioni & venditioni cum pacto de retrouendendo. Sed omne simile est, etiam dissimile.

(\*\*\*) Vid. Schilt. de iure retrouendi p. 186.

(†) Agnouit hoc *Puffendorffius* de I. N. & G. Lib. V. cap. X. §. 14. Asperam hanc pactionem *Constantinus* vocauit, cum commissoriæ in pignoribus memoriam aboleret. Sed cur? vide. Miser debitor re sua abrupte priuabatur, post diem solutioni adlapsus. Id eos maxime vrebatur, quorum res angustia domi fuit. Captionem summam & *ἔμπειρον* pauperes sentiebant. Quæ asperitas cum cresceret, nec facile aliquis reperiretur, qui sine hac lege vellet credere, debitoresque passim rebus suis carissimis iniquo pretio accepto emuncti, ad summam inopiam redigerentur, non sine ratione *Constantinus* auctoritatem suam Imperatoriam interponendo omnem eius in pignoribus vsu Edicto ad populum vr̄bis Romæ emisso, in perpetuum abrogauit. Sed quid hoc ad Principes edictum, quibus nulla a *Constantino* lex poni potuit, quique fauori renunciare suo libere queunt. Vid. *Iac. Gothofred.* ad Cod. *Theodos.* de Leg. Comiss. rescind.

§. XCVI. Itaque hic contractus quoad rem, idem est cum fiducia Romana adiecto pacto, ne fructus in sortem imputentur (\*). Quod ob eam rationem videtur factum, partim ne diu de vsuris foret disquirendum ac disputandum, partim ne rationum redditio, & calculi subtractio iis multum negotii faceretur, qui pecunia sua vt̄i fruique sine eiusmodi onere sciunt, partim etiam, quod penes ipsos tanquam dominos periculum esset. Nec est, quod dicas, id valde futurum iniquum, cum fructus sæpe legitimas crediti vsuras excedant. Nam in ciuitate tateor tua illa ratio concludet, in liberis gentibus non item; quia contractuum suorum leges ipsi constituunt, illis que ab alia potestate superiori, quam in illis terris non agnoscunt, constituitur nulla.

(†)



(\*) Quibus non abfimile, quod apud Gylmannum *Tom. IV. part. I. vot. 41. n. 14.* traditur: *Secundum consuetudinem Germanie receptum esse interueniente pacto, de lucrandis fructibus pignoris, maxime, ubi Castra & Ciuitates pignoratae sunt, eosdem cedere creditor.* Exemplorum & formularum fatis ante allegauimus. adde consentientem L. B., de Lyacker *Diff. de Super Territ. p. 67.*

§. XCVII. Nec tamen negamus etiam emtiones & venditiones cum pacto de retrouendendo a Principibus Germaniae (\*) fuisse celebratas: sed has a pignoribus distinguere necesse est: cum ipsa instrumenta & diplomata (\*\*\*) distinguant. Occurunt etiam oppignorationes cum pacto ἀντιχρησεως (\*\*\*) .

(\*) Comparant eius modi *fiduciarie* venditiones apud Thuan. lib. Hist. VII.

(\*\*) Apponam e Broweri Iesuitae *Treuirensibus Annalibus* diploma Ludouici Imperatoris Balduino Archipraefuli Treuirensi datum: *Ludouicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Pro gratissimorum obsequiorum tam per suam personam studiis bellicis pro defensione Regni Romani & Reip. viriliter insistendo exhibitione, quam per suos nostris seruitiis attentius inuigilantes, ipsi Balduino - - concessimus & concedimus, indulgimus & indulgemus, ut omnia bona & singula dependentia ab Imperio que inuenta fuerint impignerata, vel sub spe redemptionis vendita, in castris, fortalitiis, oppidis, munitioibus - - fidelibus, ministerialibus, & hominibus cuius cumque sexus aut conditionis existentibus, iuris ditionibus aliis & bassis, mero & mixto imperio, terris, fundis: emere & redimere, quandocumque & quoties cumque voluerit, & prout detentores, seu possessores tenebant, eadem bona tenere & habere, atque etiam administrare valeant, atque possint. Verum licebit nobis & successoribus Rom. Reg. eadem summa ab eodem emere, redimere &c. Datum Eucharaci serica quarta post assumptionis beate Mariae virginis, anno Domini MCCC. XXI. regni vero nostri anno VII.*

(\*\*\*) Vid. Anton. Matth. de Nobilit: part. I. p. 265.

§. XCIIIX. Quae cum ita sint, non immerito forte quaeri potest, an Principes Imperii Germanici territoria sua oppignorantes, & dominium saepe temporarium transterentes,

consensu, Imperatoris & Imperii, utpote feudi domini, opus habeant? (De allodijs enim nullum dubium est, extantque exempla apud Hertium de *Super. Territ.* p. 327.) Si Longobardici iuris principia forent consulenda; immo etiam Alemannici(†)affirmanda videretur quaestio. Sed hæc & similes leges apud nos hodie priuatis dicuntur dictæ & latæ. Est hæc recepta, aiunt, in Teutonibus consuetudo, ut non implorent illum, aut diu exquirant; quam siue laudent(\*), siue taxent, est iniquiunt recepta. *Franzkus* eam ex sublimi territorii iure defendit; cuius responsum in signe exhibet *Struvius in Syntagm. I. E.* (\*\*). Olim non licuit (\*\*\*) ; iure superioritatis nondum adeo conspicuo. Et sunt etiam hodie, qui inter modicum & magnum(††) distinguunt. Rectius forte distingueret aliquis inter feudum pignoratitium & oppignoratium.

(†) *Cap. XXVI. §. 3.* Niemand mag sein Lehn versehen (noch verkaufen) an seines Herrn Hand/das es Krafft habe &c.

(\*) *Zafius de Feudis P. IX. 22.*

(\*\*) *cap. XI V. art. XXIX.* quem sequitur *Illustris Rhetius* ad I. Feud. p. 189. docente Hertio.

(\*\*\*) Vide *Schilterum Comment. I. F. Alemann. cap. XXVI. §. 11.*

(††) *Itterus de Feud. Imp. cap. XXIII. §. 5.* quo etiam *Responsum ICtorum Wittebergenium* apud *Ziegler. de Iur. Maiest. p. 105.* restringendum putat.

§. XCIX. Reliquum est, ut iura creditoris e tali pignore resultantia consideremus. Fructus ut lucretur, a pacto venit, in quo mihi lapsus videretur *Strauchius* ICtus maximus; non quod existimem dominum, etiam temporarium non facere posse fructus suos; sed quod hoc dominium cum fiducia comparauit, & etiam conuenire scripsit; in qua ramen fructus & reditus in sortem fuisse imputatos certum est.

§. C. Exercitium vero omnium Regalium recte e dominio creditoris (des Pfandes Zinhaber ut aiunt vulgo) deducitur, in cuius manus territorium traditur, dummodo ali-

aliqua eo loci fuerint exercita, aut potuerint exerceri ab eo qui pignoris vinculum necit. Vnde subditi iuramentum fidelitatis præstant, Principem vt dominum venerantur, magistratibus ab eo constitutis parent, leges recipiunt, ab eo puniuntur, priuilegia accipiunt, iura, immunitates; veteralia recepta soluunt; onera ferunt, quæ imponit, contribuunt; immo & accifas, vt loquuntur, ad præscriptum pendunt, nulla exceptione valente, se olim sub antiquo domino his contribuendi modis non fuisse adfueros. Nam nouus dominus alios mores, aliam vitam, alia onera licite inducere potest, quia dominus est: & liberam administrandi facultatem in re temporarie sua nactus est. Quod tamen ita volumus limitandum, ni addatur vt eodem modo quo debitor rexit, regat & creditor, aut etiam Ordinum Prouincialium consensus in illis quæ nominauimus, sit ex pacto adhibendus. Sed quid, aiunt, an territorii ure concesso, statim ad superioritatem, & Regalium cumulum erit concludendum? Ita puto: nisi illa expresse sint excepta. Territorio enim regulariter inhæret superioritas: superioritati iuncta censentur iura, iuribus inest summa illa in imperii terris vicens potestas; nisi quidem inferiori aut subdito ista fuerit concessio facta; nam tum aliter cum doctoribus(\*) responderemus, de quo tamen casu nobis nulla est cura.

(\*) Vid. Rulant part: I, Commiss. Lib. III. c. 17. n. seq. Sixt. I. de Regal: c. V. n. 3. seq.

S. CI. Est & hoc quæsitum: An is cui oppignoratum vnicum castrum aut vicus, cum circumposito territorio fuit, superioritatem habeat. Immo etiam illud: An territorio oppignorato, sed Metropoli excepta, etiam eius ciuitatis suburbium videatur exceptum. Ad quæ distincte respondere fas est. Nam licet circa primam quæstionem non nesciam, Doctores

Cores in alienatæ regionis particula superioritatem (\*) non ponere; existimo tamen illorum rationes de subditis ac priuatis, non de Principibus, qui superioritatis non sunt incapaces, vt §. præcedente ostendimus, intelligendas esse. Illis enim qui subditi sunt, atque priuati, aliquod impedimentum iniicitur, ne habeant aut exerceant, quod eos extra circulos subiectionis constituat. Quod in eo cessare omnino credendum est, qui ipse Princeps est; nullo obsequii vinculo alias restrictus. Quæ obseruari merentur contra illos potissimum, qui regulas, quas imbibere suas indistincte applicant, parum solliciti, Tros fuerit, an Rurulus, de quo quæritur. Pari ratione etiam creditori Principi vias publicas & flumina (\*\*\*) ad iudicamus, cui sub pignoris nexu datum territorium est; etiam si de illis nihil fuerit dictum; immo ne vob quidem, Alterum quæsitum plus in recessu videtur habere; nec tamen exacte decidi potest, nisi de Suburbis aliqua submouerimus. Urbibus in Germania multis Episcopi, Ecclesiæ, ac Monasteria occasionem ac ortum dedere; circa quæ cum confideret ingens hominum copia, & vndique etiam discentium numerus conflueret, factum tandem est, vt belli formidine circumstrepente cogitarent sacerdotes, atque etiam Principes, de circumducendis mœnibus, ne ingruentium hostium furori, & res sacræ, & etiam tot piarum aliarumque cum ipsis degentium animarum salus foret exposita, & tot ab Imperatoribus in illis locis exstructa palatia deuastationibus barbararum gentium paterent. Ad quod cum accederet commoditas, & varia luxuriæ instrumenta inualerent, opificia aufererent, maiorque in oppidis securitas constaret, ac mercatura ad opes parandas valde idonea videretur, euenit tandem, vt agris fere solitudo inducta, quibus relicto aratro in vrbes, seu ad vrbes commigraret. Auxit hoc studium innumera libertorum copia, qui cum nihil pro-  
 prii

pr̄ii haberent, alibi quam in ciuitatibus, vbi diuitiis parandis non vna occasio, vitam tolerare non poterant (\*\*\*) . Quam felicitatem cum alii, qui adhuc sub seruitutis iugo inter pecora & operas seruiles agentes gemebant, animaduertent, mirum sane non est, quam plurimos cristas attolentes ad phalas (†), quæ militum receptus turribus circa ciuitates communitos notabant, quodque variorum hominum coluvies interdum accedebat, confugisse, certa que conditione liberis se ciuitatibus adscribi fecisse, frementibus dominis, qui hac ratione propriorum hominum ingentem iacturam inuiti patiebantur. Vnde horum ad Imperatores delatæ querelæ, varia eis decreta expresserunt, vt homines proprii in oppidis matrimonia contrahentes, aut sub eorum protectione & clientela degentes, nihilominus seruilis conditionis censerentur. Allegabo infra chartas (††). Ex quo profluxisse arbitror denominationem Pfsalburgerorum, qui non alii erant, quam quos hodie appellamus die *Vorstädter* (†††), a Burgenſibus seu ciuibus ræceniis distincti, & ruricolis accensiti. Nec scio, an non ratio paræmiæ inde constet: *Burger und Bauer/ scheidet nichts denn die Mauer.* Insequentibus deinde temporibus contigit, vt his ipsis Pfsalburgeris ad societates, colligationes, confraternitates, coniurationes vterentur ciues, ad Episcoporum & sibi Imperantium iurisdictionem elidendam, quod ex pluribus diplomatibus clarum reddi posset, si exspatiari, & digredi nobis liceret. Nec negamus tandem recentioribus seculis illos etiam Pfsalburgerorum nomine venisse, qui relictis ciuitatibus in alias inuitis dominis suis concedebant, & sub vmbone alienæ protectionis tumultus agebant. Cui peruerso mori arque consuetudini obuiam iuit in Aurea Bulla Carolus IV. de cuius sensu multa quidem, sed valde

inficeta attulerunt auctores; de quibus alibi forte dicitur. Quibus præmissis inquirendum demum est, an suburbicarii iisdem iuribus gauisi fuerint, quibus ciues intra mœnia degentes. Quod indistincte affirmandum neutiquam credent illi, qui confusionis omnis speciem euitare intendunt. Videmus enim in Germanis Burgenfes & Pfaburgeros fuisse diuersos; imò videmus adhuc hodie suburbicarios aliquando suum habere Sculterum, & cum pagorum incolis sub præfecturæ iurisdictione quiescere; quemadmodum olim Iudex Provincialis, non ciuitatum Magistrarus in suburbiis habitantibus ius dixit: manifesto indicio discretos ut plurimum suburbicarios, & muris & iure fuisse. Quæ consideratio eo me inducit, vt adferam, distinguendum esse omnino, an suburbia magistrarui urbano sint subiecta, an minus. Prius si sit, & ciuitas in pignore sit excepta expresse, exceptum etiam videtur suburbium; Posterius vero si obseruetur, suburbium pertinebit ad territorium; vtpote quod ciuitatis potestati exemptum est, nec iisdem iuribus, iisdemque oneribus subditum cernitur. In dubio vero ab allegante ciuitate (††††) probandum est, sibi aliquid iuris in eos etiam competere, qui muris mœnibusque disiuncti agunt; nec vno corpore, cum ciuibus suis concluduntur. Quo ipso tot a *Frischbio* in suo de suburbis tractatu occurrentes ambages facile euitamus.

(\*) Vid. *Carpz, de leg. Reg. cap. XIII. sect. III. n. 17. Ziegl, de Iur. Maiest. Lib. I. cap. 29. §. 40. &c.*

(\*\*) Quod alias a *Zieglero Lib. II. de Iur. Mai. cap. 17. §. 30. Schilttero Exerc. Theor. Pract. XVII. §. 43. ac Struuiio Synag. Feud. art. 33. & Leopold. de Concurr. iurisd. negatur.*

(\*\*\*) Consule *Conringii dissert. de Vrbius.*

(†) Est hæc eruditissimi Hertii coniectura diff. de *Subi. terris*. §. 20. De col-  
luvie quod diximus locus *Witechindi Corbeienfis* firmat Lib. II. *Rex Hen-*  
*ricus cum esset satis severus extraneis, in omnibus causis erat clemens*  
*Ciuiibus: unde quemcumque videbat furem, aut latronem manu fortem,*  
*& bellis aptum, a debita pœna ei parcebat, collocans in suburbano Mer-*  
*seburiorum, & datis agris atque armis iussit ciuibus quidem parcere,*  
*in barbaros autem, in quantum auderent, latrocinia exercere.*

(††) Pertinet huic Hentici Roman. Reg. de a. 1231. pro Monasterio Mau-  
bronnensi lata sententia, *ut ecclesiarum homines proprii in ciuitatem*  
*aliquam se conferentes, & sine heredo decedentes, ipsam ecclesiam here-*  
*dem haberent.* Ita apud *Broverum Annual. Treuir. Lib. XV. n. 120,*  
*a. 1200. Fridericus II. statuit, ut fugitiuis, & ecclesiis quouis seruitiū ge-*  
*neris obstricis nullus in Imperii urbibus receptus esset.* Alia de a. 1267.  
charta docet, voluisse Rudolphum Palatinum Tubingensem, *ut proprii*  
*homines in oppido Blaubeuren habitantes, vel ibi matrimonium contra-*  
*hentes, nihilominus seruilis conditionis onera ferrent.* Est & vna apud  
eundem *Broverum Ludouici IV. in qua prohibet, homines ecclesie*  
*Treuirensis in ciuitatibus & oppidis Imperatoriis recipi pro ciuibus,*  
*quos Pfsalburger appellant.*

(†††) Ita adhuc hodie in Saxonia vocantur. In *Ordinat. Polit. Elect.*  
*Saxon. a. 1612. edita, est. Pfsalburger so auffser der Stadt wohnen.*  
Quibus alia adde ab Hertio allegata l.c. in not.

(††††) De quibus lego *Dattium de Pace publica Lib. I. cap. 14. n. 7. sqq.*

(†††††) Vid. *Schilt. Exerc. ad ff. III. §. 8. ubi recte culpatur Carpvovii decif;*  
*illus. II. in qua temere patriis consuetudinibus neglectis omnia e Romani*  
*iuris latifundiis deducuntur, & deciduntur. Iniqua tamen multis est*  
*Regis Gallie petitio visa, eum cesso sibi Noniomagi, Chinenfi Comitatu,*  
*relictismunitionibus Lucemburgi Hispano, ius suum ad portas vsque*  
*Lucemburgicas extenderet; suburbio sibi attributo, quod operibus*  
*maxime robustis fuit circumdatum. Conf. Libellum euj titulus: La*  
*Conduite de France p. 48. in quo viuide depictam Gallorum iniusticiam*  
*deprehendes.*

§. CII, De Appellatione quid sit dicendum, & ad quem  
spectet, non inepte ditquiritur. Mihi duo videntur casus

secernendi. Aut enim Rex oppignorat Regi territorium, Hispanus Gallo, Suecus Dano, aut Princeps Germaniæ, aut olim Imperator alii Principi, qui ius habet de non appellando. Sin istud dubium sane non est, quin recte subditi appellent ad eum, cui res est oppignorata; velur ad dominum, licet temporarium. Si revertatur, & reluatur pignus, reuertitur etiam dominium, redit appellatio. In Comitatu Ruricinonensi & Ceritano Ludouico XI. pignori dato id, legitimus obseruatum. Appellabant enim ad Borbonium, qui administrabat Longam Gothiam. Scania Holstatis a Christophoro II. Daniæ Rege in pignus data, ius ac iudicium omne penes illos stetit. Vnde etiam Scani, cum nullum sibi e Dania auxilium esset ad Magnum Suecorum Regem se receperunt; vt sub illius Imperio lenius tractarentur (\*). In nostris vero Germaniæ Principibus quid obtineat, res altioris est indaginis. Sed si tamen Carpzouii (\*\*), aliorumque doctorum sententia vera est, priuilegium de non appellando ad omnes illorum prouincias etiam postea adquisitas extendendum esse; non video sane quid obstet, quo minus illud etiam ad prouincias pignoris vinculo confistras trahatur; subditisque ac ciuibus interdici queat, ne amplius ad Imperii iudicia peruolent. Intelligas hoc de terris Electoratu in iunctis (\*\*\*)). Nam illæ, quæ separatas ab eo rationes suas pacto vel lege habent, libertatem appellandi ad Cameram, quam habuerunt, tuentur, ac seruant: Neque tamen ablonum est, proponere ciuibus, vt vel ad supremum Electorale tribunal, vel ad Cameram prouocent; (quemadmodum in Episcopatibus *Naumburgensi & Martisburgensi* (†) id incolis liberum est) aut etiam cum consensu Ordinum prouincialium statuere; ne quis ad Imperii summa iudicia appellaturus abeat; nisi quidem Imperator cuius est iudicium *аруебѣууоу* indulgere,



re, pronum se atque facilem ostendat. Quod consilium ministris Cæsareis, Electori Brandenburgico Friderico Wilhelmo gloriosiss. memoriæ bene cupientes dedisse Pufendorfius auctor est (††). In illis vero, quæ unum cum Electoratu corpus constituunt, non opus credo tantis ambagibus est. Producit Strauchius (†††) e Palatinatu præiudicia; ubi ipsi Camerales appellationes ab incolis terrarum oppignoratarum interpositas, ad supremum Electoris Tribunal remiserunt.

(\*) Audi Pontanum Rer. Danic. Lib. VII. p. 454. *Itaque cum animaduverterent indigena Christophorum iam totum ere grauatum, se quasi in prædam exposuisse, & ipsum nuperrime etiam cladem insignem passum, sibi in defendendo parem haut esse, capto in arena consilio de Magno Suecorum Rege adisciscendo ceperunt agere. Soluti Suecus Ioanni eam quam dedit pecuniam.*

(\*\*) De Leg. Reg. cap. IX. sect. IV. n. 1. 2. 3.

(\*\*\*) Similiter distinguit *Limæus ad Aur. Bull.* cap. IX. §. 3. *Observ.* 6. p. 380.

(†) Carpou, de *Saxon. non appell. iur.* cap. V. §. 56. sqq.

(††) Lib. XIX. rer. *Brandenburg.* §. 1.

(†††) De *Oppignorat. Imper.* §. 46.

§. CIII. Res maioris facilitatis est attribuere domino pignoratitio ius patronatus, quod in eo consistit, ut illi, qui in fundis suis templa pii officii causa construxerunt, & amplissimis redditibus dotarunt, vicissim aliquid iuris retineant, veluti exercitiæ pietatis monumentum, ministros sacrorum nominent, & offerant. Sane enim, si vniuersitatis bonorum emtores (\*), conductores, usufructuarii illud licite exercent; non potest credo sine insigni iniuria idem denegari Creditoribus pignoratitiis, qui domini vices sustinent, & plus iuris quam usufructuarii ac conductores nanciscuntur. Nec

dubito, quin ipse Creditor in terra sibi pignorata exstruere & fundare ecclesiam seu monasterium queat; maxime cum videamus id aliis in alieno territorio perentibus fuisse concessum (\*). Quæ ex iure Canonico obiciuntur, accurate dissolvit *Straubius* (\*\*). Puto tamen creditorem patronum Protestantium Confeſſioni deditum suæ religionis hominem Ecclesiæ Romanæ exhibere, aut ut loquuntur præsentare non posse & retro (\*\*\*). Nisi quidem ipsam religionem mutaverit Princeps creditor, aliamque induxerit consentientibus civibus. Damus enim & hanc ei merito facultatem. Ius factorum et territorio fluit; territorium autem penes creditorem est; omnisque quæ inde ducitur territorialis potestas; cuius præcipua pars est, ordinare religionem, eamque dirigere ad *ἐκκλησίαν* & *ἐκκοινωνίαν* externam, immo etiam reformare in totum, nisi subditi repugnent. Qua ratione si explicetur vulgatum verbum: Cuius est regio, eius etiam est religio, periculi sane nihil subest (††). Ladenburgi actu mutarunt Electores Palatini religionem, aliisque in locis, quæ sibi erant oppignorata. Nec dubium est, quin iure id potuerit fieri quidquid ogganniant *Dillingenses* (†††), quos etiam e Protestantibus nonnulli inepte sequuntur (\*\*). Quæ omnia non tantum in allodiis, sed & feudis obtinent; utpote in quibus per investituram territorialis potestatis dominium utile transfertur a). Amplius etiam hoc sequitur. Suspensa in territoriis Protestantium Pontificis iurisdictione, aut rectius redintegrato Ordinum b) iure circa sacra, quod iniuste a Pontifice fuit detentum; redintegratur quoque in terris pignori subiectis ius illud regium c), ius Annatarum pallii, mensium papalium, primariarum precum; salvis tamen Imperatori suis iuribus d) & salva in his omnibus dispositione pacis Westphalicæ, quam velut reipublicæ nostræ palladium merito intuemur. (†)

(†) Vid cap. ex litteris 7. cap. 13. de iure Patron. cap. 2. de locat. X.

(\*) E Charta adhuc inedita de Anno 1377. exemplum affert Anton. Matthæi *Manud.* ad *Ius Canon.* lib. II. Tit. XII. §. 20. ubi Albertus Dux in proprio prædio concessit alteri petenti potestatem ædificandi & dotandi cœnobium de Eemstein Nos vero, inquit, huiusmodi supplicationi annuentes &c. *Attenta premissis, auctoritate nostra, ut convenitum seu monasterium in loco dicto Eemskerck nobis subdito fundare, dotare, & bona de Eemstein sub suis pertinentiis &c. ad hoc dare, scilicet quæcunque alia bona valeatis &c. plenam concedimus facultatem &c.*

(\*\*) *dissert. de Oppignor. Imper. §. 47. 48.*

(\*\*\*) *Hert. de Superiorit. territ. p. 222.*

(†) *Illust. Coccei. I. P. cap. XVIIII. Sect. I. §. 29.*

(††) Quod observandum contra *Mouium* est, in *Prælim. quæst. ad ius Lubec.*

(†††) *In Compens. pacis cap. VI. quæst. 39.*

(\*) *Besoldus Thesaur. Pract. rubr. Pfandschilling. Knipschild de Iure & privileg. Ciuit. Imper. Lib. IV. cap. I. n. 5. 6.*

a) *Vid. Strauch. I. cit.*

b) *Illust. Coccei cap. XVIII. sect. I. §. 27.*

c) *Vid. Illust. Stryck de iure Papali in terris Proteſt.*

d) *Vbi ea exercuit olim. In Marchia non exercuit: nec exercet. Immo Palatinum lego per Dioccesin Wormationensem & Spirensem idem primariatum præceterum ius habuisse, a Wenceslao sibi concessum.*

e) *Videlicet, ut terminus A. 1624. & quæ de illo disposita sunt exacte observentur, nec alia in Germania quam quæ tribus religionibus exacte congruit, inducatur. Vnde de Anabaptistis, Molinistis, Quietistis, Labadistis disceptationes. Sunt qui distinguunt inter tolerantiam aliarum festarum, & earum introductionem, ac plenam approbationem.*

§. CIV. Sed iustum est, ut inquiramus, an creditori domino ius retentionis competat, si rem sumptibus magnis multo auctiorem fecerit, melioremque: donec debitor impeni-

penſarum quæ factæ ſunt æſtimationem præſtet. Et non dubitamus hoc adſerere. In fiducia, cui noſter contractus tantum non ſimilis eſt, ſi quid in melius eſſet mutatum, creditor debitorem ſibi habebat obſtrictum, Alias enim plus reſtituere debuiffet, quam accepit ipſe. Eſt quoque in pignore Juſtiniano ſtatutum, vt creditor non tantum neceſſarias impenſas, ſed vtilis repetat (\*): quamvis non ignorem, aliam in fiducia, quam pignore cauſſam ſubſuiſſe. Nec necet hac ratione difficilem redditum iri reſuentionem, creditoremque nimis oneroſum debitori futurum, atque grauem, ad recipiendum. Cur enim pacto ſibi non proſpexit, ne quid in aliam transformaretur ſpeciem? cur ſibi ſtipulatus non eſt debitor, vt quæ neceſſario impenduntur, nec vllam moram ferunt, cum fruſtibus aliquando compenſentur? De creditore ſane conquerendi anſam vix habebit; qui quod Domini, viri boni, & patris familias officium eſt, fecit; qui propterea aliquid ſumtum effudit; vt fundus, terræque pignoris nexu affectæ præſtantioreſ euaderent. Vnde ſupra monuimus, vix eam felicitatem obuenturam eſſe Wormatiienſibus, vt dimidinum Ladenburgi reluant, ſiquidem impenſæ ac ſumtus Eleſtori Palatino prius ſint cum ſorte reſtituendi. Quibus hoc iniquum paret, exiſtimant, ſumtus eum repetere non poſſe, qui pro ſumma ſæpe leui, tot deglutierit, fruſtus; tantumque lucri ſit adeptus, vt illud ſortem quam longiſſime vincat. Principes temporaria pecuniæ anguſtia minori pretio reſpectu reſuentionis aliquando faciendæ terras ſuas pignori dediffe, quibus vt nunc penitus careant, aut ingenti pretio, quod non acceperunt, redimant, non eſſe ferendum. Ad quæ pauca repono. Nobis hodie ſortem videri leuem, quæ olim cum tempora non eſſent pecuniôſa (\*\*), ſat grandis fuerat; deinde fruſtus creditori in compenſationem ob-

ob-

obiici non posse, quippe exceptos, aut vsurarum loco concessos. Non autem Principibus, vt priuatis vsurariam prauitatem opponi consuetudine iis patrocinate. Postremo rem meliorem esse, iis que nihil iniqui inferri, qui quod stramineum dederunt, lateritium, & quod lateritium, marmoreum recipiunt.

(\*) l. 25. ff. de pignorat. act. Add. Illustr. Stryck C. C. Sect. II. cap. IV. §. 43.

(\*\*) Vnde etiam *Schilterus ad Cod. I. F. Allemann.* p. 132. ostendit illis seculis in una sæpe libra feudum fuisse constitutum. Libra vero significat viginti solidos (20. fl.). Imo legimus aliquos minus quam libram accepisse: Erant feuda quinque *Schillingorum*; viginti *Schillingi* constituebant libram.

§. CV. Aliud vero dicendum erit, si naturæ beneficio, per alluuiorem forte, augmentum ceperit territorium pignorum. Tum certe non nisi iniquissimus exigeret illius accessionis æstimationem. Quomodo enim peteret? An quia fundum solum restituere tenetur? Atqui alluuiopars fundi est, ei vnita, & vnus quasi substantiæ. An quia sumtuosa fuit adiectio terræ alienæ? Atqui gratis obuenit: naturæ dono data est, Ergo gratis reddat, gratis restituat, hoc contentus, quod fructus interim in rerum suarum loculos conuerterit. Periculum creditoris, quod aliquis urgere possit, & quod ille sustinuit, huc non pertinet: quia dominio satis est compensatum. Non morabimur tamen alios, vt cum Antonio Thesauro (\*) contrariam opinionem credant, sicut Euangelium. Nobis, quæ *Berlichio* (\*\*) norata sunt, arident. Alluuiopars ad dari inter gentes queat, sunt qui dubitant. Nos non item. Non enim agris semper limitatis sua discreuerunt territoria, sed arcifiniis (\*\*\*) sæpe. In nostro Imperio hoc tanto magis obtinet, cum certum sit olim ab Imperatoribus non nisi per vniuersitatem regiones esse assignatas, quarum fines successu temporis varie mutauerunt (†).

M

(\*)

(\*) *Decif. 140.* Cuius etiam sunt in textu allegata pulcherrima verba,

(\*\*) *Part. II. Conclus. II. n. 54.*

(\*\*\*) *Grot. Lib. II. de I. B. & P. cap. 3. §. 6.*

(†) *Hertius de Superiorit. Territ. §. 36. p. 322.*

§. CVI. Curiose etiam nouimus propositum: An thesaurus spectet ad creditorem pignoratitium, an minus. Icti Romani thesaurum dicunt non esse in fructu (\*). Posset aliquis coniecere: Ergo etiam creditor thesaurum tollere non potest. Recte, inquam, si creditor merus usufructuarius esset: Sed est ille dominus; est eius ius maius atque pinguius, quam Emphiteutæ, nobilius interdum, quam Vasalli, est dominus territorialis. Dominus autem territorialis iure, Teutonico, & plerarumque etiam gentium moribus thesauri partem minimum trahit: exclusis quadantenus priuatis, vt in suo prædio atque fundo inueniant. Quod quidem legibus Iustiniani (\*\*) rursus contrarium, sed Germanorum (\*\*\*) ac Francorum (†) admodum est conueniens. Tricas hic dederunt Saxonæ Doctores, quos merito refutandos sibi sumfit Schilterus (††). Nec iuuat thesauros olim pertinuisse ad Cæsarem: aut Regem. Hodie in Germania quilibet Princeps in suo territorio Rex est, Cæsarisque in iura iustissime successit. Idem de metallifodinis teneas, aliisque Regalibus, quæ territorio nostra tempestate tolent cohærere.

(\*) Vid. lex 7. §. 12. ff. soluto matrimonio. Creditor Theaurum tollit iure territorii quod tenet: suum vero facit, & fructibus quos lucratur imputat ex pacto. Distinguiamus enim semper inter exercitium regalium, eorumque emolumenta ac fructus.

(\*\*) Dico Iustiniani. Nam quorundam Imperatorum temporibus ante Neruam & Hadrianum; & tempore intermedio ante Carum & Carinum thesauros cessisse fisco ex Eclogis Calpurnii non tantum, sed etiam aliis coniecturis declarat Iacobus Gothofredus ad l. 1. C. *Theod. de Theauris.* Quod mutatum deinde & reuocatum interdum, prout Cæsa-

Cæsares fisci sui commodis magis aut minus erant obnoxii. Constantinus M. alterum tantum fisco adscripsit. Theodosius inuentores in suo repertis letari rebus permittebat. Alii aliter.

(\*\*\*) Spec. Sax. Lib. I. art. 35. *Allerhand Schages unter der Erden tiefer dann ein Pfug gehet/ der gehbet zu der Königl. Gewalt.*

(†) Capitularis III. Karoli Magni Anno 789. in append. apud Balaz. Tom. I. p. 246. hic tenor est: *Erst aliquod Langobardus aut qualibet homo propria spontanea voluntate cauauerit, & aliquis ei dominus dederit in propria sua quarta portione, exinde tollantur, & ille vero tres portiones adnos perueniat, & de verbo nostro ut nullus presumat aliter facere.* Adde quæ collegit acutissimus Hertius de *Superior. Terr. S.* 45. p. 246.

(††) *Exercit. ad ff. 45. §. 27.*

§. CVII. Vnus adhuc nodus soluendus est; qui non sine ratione nequitur. Quærit Schilterus, an si adhuc hodie voces *Pfandschilling/ verpfänden/* talesque formulæ occurrant, illæ sint interpretandæ, vt illæ antiquæ de quibus hæctenus; an respiciendum simpliciter ad Ius Iustinianæ. Referendarii Camerales apud Gylmannum (\*\*) eo merito inclinant, vt putent, obseruandas esse Germaniæ consuetudines, secundum quas Principum contractus & pacta sint diiudicanda. Schilterus. (\*\*) contra. Ecce vero? Quia ius Iustinianum, inquit, semel in Germania est receptum. Nolle hæc viro famigeratissimo excidisse. Vbi vbi enim est receptum abrogatis patriis consuetudinibus? Cui homo & fini in Teuronicis consuetudinibus eruendis ipse quæso sudauit, & adhuc sudat? Credo eum talia scripsisse, cum nondum in profundum patrii iuris descendisset, & communibus adhuc opinionibus duceretur. Occurrit exemplum eiusmodi pignoris ab ipso Maximiliano cum Lindauensibus contractum, cum iam pulpita & fora iuris ciuiliis crepitacula personarent (\*\*\*). Ipse ex hoc somno tandem emerfit. Prouocamus igitur a Schiltero male informato, ad rectius informatum. Dum enim

de Compilatione iuris Longobardici loquitur, in hæc tandem meliori luce collustratus erumpit verba (†) *Postea auctoritate publica collectio decima fuit facta, & eandem communem auctoritatem adeptam est, quam obtinuit totum ius Iustinianum in Orbe Europæo, salvis scilicet legibus, & consuetudinibus cuiusque rei-publicæ.* Loquimur autem, uti facile potes coniecere de casu dubio. Nam ubi partes expressè secundum leges Romanas pignus contraxerunt, disputatio cessat, & altercationes omnes præscinduntur: Possimus adhuc aliquid de oneribus creditoris adiciere, sed illa e dictis abunde intelliguntur. Etenim

Sat prava biberunt;

Finienda, quam cœpinus dissertatio est; ne nimia, quæ ex positis semel principiis fluunt conclusiones, Lectorem abundant, eidemque, aliquid fastidii ingerant.

(\*) Tom. IV. P. I. Vol. 41. n. 14.

(\*\*) Dissert. de Iur. retrouvend. p. 187.

(\*\*\*) Vid. Acta Lindaviensia. p. 503.

(†) Præfat. ad Anton. Mincucc. §. II.

#### CORRIGENDA.

- p. 2. lin. penult. pro  $\pi\eta\gamma\omega$ , lege  $\pi\eta\gamma\omega\omega$ .  
 p. 4. lin. 1. pro *recessum*, lege *abscessum*.  
 p. 7. lin. 20. pro *iniquum*, lege *inane*.  
 p. 12. lin. 9. pro *l. i.* lege 2.  
 p. 14. lin. 25. pro *norum* lege *nodum*.  
 p. 28. lin. penult. pro *minime*, lege *non penitus*.  
 p. 30. lin. vlt. pro *præfatus*, lege *præfatus*.  
 p. 50. lin. 20. pro *art. 32.* lege 36.  
 p. 60. lin. 4. post cap. 94. adde *Diplom. Belgic.*  
 p. 74. lin. 6. pro *hæc enim*, lege *hoc enim & alia*.  
 p. 76. lin. penult. pro *illis terris*, lege *his terris*.  
 p. 77. lin. 13. pro *comparent* lege *comparent etiam*.  
 p. 84. lin. 22. pro *inimicitis* lege *iunctis*.




*Nd 999 a*

ULB Halle

005 359 694

3

















2

NIC. HIERON. GVNDLINGII  
L. V. D. ET P. P. IN ACADEMIA  
FRIDERICIANA HALLENSI

SCHEDIASMA

De

IVRE  
OPPIGNORATI  
TERRITORII

SECVNDVM IVS GENTIVM,  
ET TEVTONICVM &c.



Kt 664

2. A.

HALAE MAGDEBVRGICAE 1706,  
PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA  
RENGERIANA.